




Ioannis Bvgenhagii Pomerani commentarius, In quatuor capita prioris Epistolae ad Corinthios, : de sapientia & iusticia dei, quae Christus est, et de autoritate sacrae scripturae & doctrinae Apostolicae in ecclesia Christi.

<https://hdl.handle.net/1874/428530>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnde
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

BIGEWA & CO.
in Selbst.
A. REINHOLD
in dopp. uitgave
EGONE LIBRO.


Set 108

Pl. 0 No. 25









Biblia et interpretes

K108 On 25

Octavo n° 188.

N 47. C.

IOAN-

NIS B VGENHAGII
Pomerani commentarius, In
quatuor capita prioris Epi-
stole ad Corinthios, de sa-
pientia & iusticia dei que
Christus est, et de autoritate
sacrae scripture & doctrinae
Apostolicae in ecclesia Christi

M. D. XXX.

VVITTEMBERGAE

Ex dono H. Bürgelij

PATER DE FILIO.

Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipsum audite.

DEVS IN MOSE.

Qui Prophetam illum non audierit, ego hoc ab illo ipso requiram.

CHRISTVS AD APOSTOLOS.

Qui uos audit me audit, & qui uos spernit me spernit.

ITEM CHRISTVS.

Oues mee uocem meam audiunt, alienum non audiunt nec sequuntur ZC.

SIMBOLVM NICENVM.

Credo Vnam, Sanctam, Catholicam, & Apostolicam ecclesiam.

IOANNES

Bugenhausius Pomeranus.



jennium nunc est, quando pestis in nostram grassabatur ciuitatē. Tunc alio nostra Schola migrabat, manus uero Doctor Martinus Lutherus & ego hic, propter mandatum nobis sacræ prædicationis officium, Manserunt quoq; sexaginta fere scholastici auditores, ut interim Lutherum concionantem et sacra prælegentem audirent, quibus ut ego quoq; solatio esse possem, contra tot scandala, aduersus salutarem Christi doctrinam insurgentia, capi uice ordinaria lectionis meæ, tractare priorem Sancti Pauli Epistolam ad Corinthios scriptam, copiosius autem prima quaatuor capita de sapientia & iustitia dei contra sapientiam & iustitiam mundi, & de autoritate sacre scripture et doctrinæ Apostolicae in Apostolica Christi ecclesia.

Ausus sum contra omnem omnium hominum auctoritatem, quæ nititur aduersus manifestum dei uerbum toritatem & Christianæ fidei sinceritatem, cum Paulo dicere. te uero. Etiam si Angelus e cœlo aliud euangelizet, preter id bi dei quod ab Apostolis euangelizatum est sit Anathema, & sors & cum Ioanne, Quod audistis ab initio in uobis per gloriam maneat, ita manebitis in Patre et filio, audistis autem docto-
rum.

P R A E F A T I O.

repromissionem, quam ipse pollicitus est nobis, uitam
eternam. Qui nō adduxerit hanc doctrinam, ne Aue-
ti dixeritis, neq; suscipiatis illum in domum uestram.
Qui non diligit me, ait Christus, non seruat sermones
meos, frustra colunt me docentes doctrinas & man-
data hominum.

Sed ait, Veteres doctores multa bona scripsierunt,
propter quod oportebat potius eorum errores ipsis
condonare, quam ita nunc rursum publicis scri-
ptis inuulgare. Respondeo. Non potest fieri ut nos in-
uulgemus eorum errores, quorum libri plus sum in-
uulgati quam nostra scripta, nisi indicare sit inuul-
gare, id quod non nego. Verum ut indicemus errores,
non fit libidine sentiendi contra veteres, sed potius
necessitate defendendæ salutis nostræ contra Euange-
lij aduersarios, qui veterum errore, si quandoq; ali-
quis est, quasi sancta aliqua autoritate Christum con-
culcari nituntur, præstantes egregie lupos sub istis
ouium sanctorum uestimentis. Hic scilicet non debe-
mus clamare subesse fraudem, ubi uidemus laqueos &
mortem animabus parari?

Sancti doctores se errasse & errare posse sæpe
confessi sunt, & alij aliorum errores quando excusa-
re non potuerunt, autoritate uerbi dei damnauerunt.
& quicquid docuerunt & statuerunt, uerbo dei con-
firmare uoluerunt, id quod nemo qui eorū scripta ui-
dit, negare potest. Si ipsorum autoritas apud nos ma-
gna esse debet, Cur nō licet nobis eisdem insistere ue-
stigiis?

PRAEFATIO.

figiis? Augustinus suos errores crebro in libris tractationum confessus est. Idem damnauit etiam errorum eruditissimi martyris Cypriani et omnium Episcoporum eius, qui error ubi multos diu seduxerat, postea in alio concilio Carthaginensi ex uerbo dei damnatus est.

Ego scio & credo, admonente etiam Paulo Ephesi. Ecclesiam Christi esse edificatam super fundatum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Ihesu, in quo quaecunq[ue] structura coagmentatur, ea crescit in templum sanctum in domino. Pro hoc fundamento uel ex hoc fundamento Apostolorum & Prophetarum, quicquid scripserunt sancti Episcopi & p[ro]p[ter]i ecclesiastarum doctores, suscipio & ueneror. Amo illorum labores, & libenter lego scripta. Non placent mihi talium contemptores. Contra uero fundamentum hoc Apostolorum & Prophetarum, nullam suscipio autoritatē, ne angelicam quidem, ut ante dictum, sed cl. mo cum Esaiā & Ioanne Baptista, cuius illic clamor in deserto describitur. Q[m]nis caro fœnum & omnis gloria eius quasi flos fœni etc. Verbum autem domini stabit in eternum.

Scripserunt illi sanctissime contra Pelagianos pro gratia dei, contra alios Hæreticos de sancta & individuali trinitate, et de duabus naturis in uno Christo domino nostro, quæ qui non amplectitur sit Anathema. Hæc de fide nostra tractata sunt etiam & credita in concilijs generalibus, de gratia in concilio Nicuitano,

P R A E F A T I O.

Ieuitano, reliqua in alijs concilijs que non fuerunt Ar
rhiana. Hæc ergo quæ fidei nostra sunt, siue scripse-
rint sancti, doctores siue in concilijs generalibus de-
fensa sint, manent in æternum, non quia hominum
sunt inuenta, sed quia dei sunt uerba, quæ Christiana
fides non agnoscere non potest, Hæc catholici patres
contra Hæreticos, pro sua fide, ex uerbo dei confessi
sunt & defenderunt, & posteris ex uerbo dei com-
mendata uoluerunt.

Quæ autem in concilijs sunt statuta mere humana
siue humanæ traditiones, id est quæ sine uerbo dei sta-
tuta sunt, aut quæ contra manifestum dci uerbum &
syncere in Christum fidei rationem permanere non
possunt. Nam Christus dicit. Omnis plantatio quam
non plantauit pater meus eradicabitur. Unus est magi-
ster uester Christus, et Uos meæ uocem meā audiunt.
Prædicate Euangeliū omni creaturæ. Docete eos ser-
uare quæcunq; ego præcepi uobis. Spiritus sanctus cū
uenerit testimonium perhibebit DE ME. & uos A-
postoli testimonium perhibebitis de me, quia ab initio
mecum esstis. Qui uos audit me audit, & qui uos sper-
nit me spernit etc. Et traditiones scipias destruunt,
contraria enim in diuersis concilijs statuuntur, &
aliæ alia abrogant.

Quid quæso tandem uenit concilijs in mentem, ut
contra libertatem conscientiarum confirmarent no-
bis doctrinas dæmoniorum? quæ ratio hic habebatur
fidei Christianæ? Non uiderunt manifestam spiritus
sancti

PRAEFATIO

sancti in Paulo Prophetam, de hominibus a fide deficientibus, lege reliqua satis horrenda, ut uideas in quos errores sub nomine patrum seducti sumus.

Ieiunia nemo Christianorum iudicat esse mala, sed leges ieiuniorum sunt doctrinae demoniorum. Has primus tulit impissimus ille nebulo Montanus sub nomine spiritus sancti, ut notum est omnibus, qui legunt Eusebij Historiam ecclesiasticam li. 5. Capi. 18. cum autem nostri tales leges confirmant, plenaria ut aiunt autoritate, tunc est mera sanctitas et Christianae ecclesiae decor, sed Paulus clamat doctrinas esse demoniorum, in Hypocrisi loquentium mendacium etc.

Similiter et cælibatum nemo damnat si sit purus coram deo, et non illorum qui in Hypocrisi loquuntur mendacium quemadmodum Paulus de uirgine dicit, ut sit sancta et corpore et spiritu, Multorum autem clericorum cælibatum, impurum esse etiam Episcopi qui statuerunt, contra seipso confessi sunt, et tamen emendatum noluerunt sed obstinate perrexiserunt, ne apud nos nunc uideretur spiritus sanctus, qui hoc in Paulo predixerat, mentitus. Sic autem confessi sunt. Nam ubi primum suscepimus erat cælibatus, in posterioribus conciliis perpetua est querela, contumia castitatem, scandala scortationum ecclesie obici per nobilissima membra id est clericos etc. Et quando sine familia esse non potuerunt, non permiserunt postea illis familiares feminas, nisi matrem, auiam,

P R A E F A T I O.

materteram, amitam, sororem, neptem.

Sed ut videas fructum doctrinæ dæmoniorum siue traditionum humanarum, in has quoq; fæminas sce-
lerate & turpiter peccatum est a castissimis illis cle-
ricis, ita ut Braccarense concilium tertium cogere-
tur his uerbis statuere. Quanquà antiqua canonu in-
stitutio de huiusmodi præsumptione absolutas et mul-
tiplices disciplinas atq; institutiones ædiderit, nos
tamen breuitatis causa omnem fornicandi occasionem
cupientes auferre, id omnimoda fanicimus autoritate
renendum, ut nullus sacerdotum, siue quisq; de clero,
absq; honesto & competenti testimonio, excepta sola
matre, cum quibuslibet fæminis secrete se præsumat
adiungere, & non solum cum extrancis mulieribus,
sed cum ipsis etiam sororibus uel propinquis, ne li-
centia sororum uel propinquarum mulicrum quisq;
solus familiarior habeatur ad perpetrandum scelus.
Huius ergo præceptionis transgressor sex mensibus
se nouerit pænitentiae legibus subiacere. Hæc illic.
An non tandem pudet nos horum ? quis non uidet nūc
ex his dilatata pomeria Sodomorum?

Nonne crassa erat impietas, q; sub specie sanctita-
tis separabant & prohibebant presbyteros a suis,
quas iure duxerant, uxoribus, & uxores cœgerunt
perpetuo a suis maritis continere, quod cum in occul-
to quidam non seruabant, clamatum est, sancta conta-
minari sacerdotalia ? Postea etiam ante quadringen-
tos annos

P R A E F A T I O.

tos annos, eadem uiolentia, in Germania, presbyteri & suis uxoribus abacti sunt ne esse mus Italis sanctiores.

Sancta sit ergo nobis & eterna uerbi dei autoritas, & hanc etiam ueneremur in sanctis doctoribus et ecclesiæ Christi ministris, At contra dei uerbi nullum iuramentum, nullum uotum, nulla ne angelica quidem nos liget autoritas, terreat nos uel fructus infidelitatis, quos manifesto uidemus pullulasse ex doctrinis demoniorum, in Hypocrisi, id est sub specie sanctitatis, loquentium mendacium.

Contra hæc igitur sacræ doctrinæ scandala agere uolui, quando autoritatem dei, contra autoritatem hominum, in hoc libro predicaui, sanctitati autem doctorum nihil derogatum uolui, testis est mihi deus, & hic liber meus hoc per se satagitatur.

Nam quid facias hodie malignis hominibus, qui non solum obtrudunt nobis sanctorum errores, sed etiam sua mēdacia sub nomine corū, talia enim audent etiam indoctæ plebecule sub nomine doctorum ecclesiæ obtrudere, que ipsi nunquam ne cogitarunt quidem, ut quando Papistæ clamant laicos non debere calicem domini bibere, sed potius debere credere & seruare, quemadmodum sancti ecclesiæ doctores & docuerunt & seruaerunt. Tales clamatores, si ignorant doctores ecclesiæ ne cogitasse quidem de prohibitione calicis, sed tradidisse omnibus calicem secundum Christi institutionem, sunt stupidi & bruti

P R A E F A T I O.

asini, si autem sciunt, sunt impudentes nebulones, qui non uerentur neq; decum offendere, neq; homines seducere. Simili & impietate & impudentia primum laborabant Sacramentarij, audentes afferere, quod omnis ueteres scriptores sensissent cū ipsis, hoc est, negassent sacram Christi de Sacramento institutio- nem.

Dominus noster Ihesus Christus adsit nobis per-
petuo suo spiritu, ut maneamus in simplici ipsius
uerbo & fide, ad uitam aeternam, hic respicit
hic meus libellus in quatuor capita prio-
ra prioris Epistolæ ad Corinthios,
scriptus in reliqua enim huius
Epistolæ hic nihil scri-
ptū est, præter argu-
mentum totius Ex-
pistolæ quod
sequitur.

In Ep.

INEPISTOLAM ADCORINTHIOS.
PRIMAM ARGUMENTVM.

HAec Epistolam ego in duas partes non incommodum fallor, docendi gratia dividio. Prior rem facio quae prioribus quatuor capitibus continetur. Hic more suo uere Apostolico primum iacet fundamentum Christum, quem ait nobis a deo patre factum ut sit nostra sapientia, iusticia, sanctificatio & redemptio. Quibus uerbis dum Christo omnina tribuit, quid hominibus quæso relinquunt nisi sapientiam uanam id est stulticiam & insaniam, nisi iusticiam falsam id est peccatum? deinde etiam nullam sanctificationem utcumque fugant sibi cultum dei, sed mores potius corruptos & mentis atque corporis immundiciam, ut taceam quod redemptionis uocabulo manifestam hominum damnationem expresserit. Sine hoc fundamento frustra ædificaueris, quemadmodum audies Capite. 3.

Porro peculiariter hic Christum sub nomine sapientie proponit, quia Corinthiorum quidam et forte multi de sapientia sibi falso placebant, ita ut contemnerent ueros Apostolos quasi incruditos, etiam suum Paulum per quem Euangelium acceperant, praे pseudapostolis quos eruditores et sapientiores iudicabant, per hos demum se sapientes factos gloriantur. His declarat Christianorum unicam esse sapientiam Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae reconditi, sine quo stulticia est quicquid

IN EPISTOLAM AD CORIN.

quicquid ratio approbauerit quasi sapientissimum et sanctissimum. Quid uero sentiendum de ministris qui hanc sapientiam docent, qui doceant et quo loco habendi sint, tertio & quarto capite indicat.

Sed uide interim consilium Pauli, dum istum ordinem seruat docendi Christi. Sectis diuisi erant Corinthis per pseudapostolos absente Paulo, et contentionibus, ut fit, laborabant, dum quisque alijs per sua quae susceperebat sese preferebat. Hos ad unam illam sapientiam Christum reuocat, cuius crux & stulticia euacuauit sapientiam mundi. In quo nisi uniti fuerimus frustra nobis aliquid uideremur. Quid enim & apud nos hodie sectas facit, nisi quod contentionibus potius seruimus, dum uerbum Christi atque adeo ipse Christus (nam eo pergit Satan) nobis stulticia uidetur? Hoc autem se consilio scribere de uera sapientia, claris uerbis ipse prodit primo capite & quarto, ne per pseudapostolos uana sapientiae specie scandantur.

Dum uero haec ex Paulo narro, feremus nostri temporis historiam descripsi, qui intelligit intelligat, qui ignorat ignoret. Atque haec hactenus de priori, ut dixi
Altera huius Epistolæ parte.

Reliqua pars, quam a capite quinto incipio, pars declarat quam horrendi errores, quam etiam Epistola paulatim detestanda uitia sequantur, ubi a sapientia i.e. euangelij defecerimus ad nostram sapientiam, abuententes scientia uerbi & egregijs donis nobis a deo collatis,

ARGUMENTVM

collatis, ut trahamus post nos discipulorum multitudinem, & soueamus sectas.

Quid enim sani apud Corinthiorum sectarios reliquum erat, apud quos ipsa carnis resurrectio iam uerrebatur in dubium? An non ibi Christus perierat et ratio tocius Christianismi? Abutebantur uero dei, abutebantur sacramentis, nulla erat charitas, quod sectisferuebant omnia & quisq; suis donis alijs sepe preferebat, etiam in ciuilibus moribus peccabant, ita ut mulieres eorum non uelatæ in concione impudenter uenirent, timore dei abiecto, quasi iam omnia licerent, ne dissiperent gentibus ad demoniorum sacra ibant illic edentes, Euangelij prædictoribus nihil dabant unde uiuere eis liceret, nihil uerebantur contra charitatem edere idolis immolata cum scandalo infirmorum fratrum. Alij quasi licite scortabantur, multi non Christiane contendebant de rebus suis in iudicio, & iniuria & fraude non uerbabantur peccare in fratres, inuentus etiam est qui duxerat in uxorem suam nouream, qualis scortatione inter gentes quidem probatur, hec autem que dixi uide a. 15. cap. retrogrado ordine usq; ad caput. 5.

Vnde illis haec omnia? relicta sapientia & simplicitate que est in Christo, ex libertate spiritus fecerant sibi libertatem carnis, quasi ipsis iam omnia licerent etiam contra deum, etiam contra proximum, quemadmodum hodie ferè Euangeliu abutuntur.

alijs

ARGMNTVM PRIMAM.

alij ad cupiditates suas, alij ad opiniones suas et feras confirmandas, ut tunc apud Corinthios, unde necesse est sequi primum non uulgarem dei contemptum, deinde utcumq; ad tempus aliud simuletur, uitia insignia & mores corruptissimos. His melius suisset uiam ueritatis non nouisse nisi resipiscant. Si enim gentes tradidit deus primum in reprobum sensum, deinde in passiones illas ignominiae, ut scribitur Roma. 1. quid mirum si & hi sic abiiciantur a deo qui Christum conculant, nisi resipiscant quam primum agnoscentes errorem & condemnantes?

Præterea fuerunt apud Corinthios qui non ad sacerdotram ut priores illi de quibus diximus sed nimis ad dexteram tendebant. Satan enim non permittit incedere via regia, fuerunt autem illi qui per superstitionem & speciem sanctitatis inceperunt non recte sentire de coniugio, ubi uidebant Apostolum suum Paulum ab uxore abstinere, quasi quod Paulo datum erat, cunct omnibus Christianis datum, quasi scilicet esset in potestate nostra, quod sine dubio est donum dei non omnibus Christianis datum, Ita tum quoq; cœperunt appetere doctrinæ dæmoniorum de cœlibatu, quas hic Paulus cap. 7. uocat laqueum.

Hæc omnia uero intellige per Synecdochen, Multi enim Corinthiorum tales erant, non tamen omnes, Nam ad quosdam pertinet laus & commendatio quæ eos quandoq; commendat.

Igitur

IN EPISTOLAM AD CORIN.

Igitur in hac secunda Epistolæ parte uaria tractantur, de quibus Paulo uel scriptum erat ut indicat cap. 7. uel alioqui narratum.

Primus locus cap. 5. de excommunicatione criminosi.

Secundus, cap. 6. quod Christiani non debent profane contendere iudicio aut iniuriam facere sed potius ferre.

Tertius eodem capite, quod scortari non licet, uiolatur enim scortatione templum spiritus sancti quod est corpus nostrum.

Quartus, cap. 7. de coniugio, quod qui se non continent nubant in domino, Melius est enim nubere quam uri.

Quintus, cap. 8. ne libertate nostra abutamur contra charitatem, dum scilicet non habemus respectum infirmioris fratris qui est quidem discipulus Euangelij sed nondum plene suam libertatem intelligit.

Sextus, cap. 9. de iure prædicatorum, quod eis debetur uictus, Paulus tamen hoc iure apud Corinthios non est usus zc.

Septimus cap. 10. grauis admonitio, ne presumant et fiant contemptores ideo quod ingentibus donis et beneficijs sint a dco honorati. Nam perire rursum possunt ut olim hebrei in deserto, quibus tamen insignia beneficia & in toto mundo predicanda contigerant. Maxime uero terret ne ad mensam idolorum accedant, qui in mensa domini particeps solent esse

IN EPISTOLAM AD CORIN.
esse corporis & sanguinis domini.

Octauus eodem capite, rursum de libertate edendi quemcunq; cibum. Vbi uidere licet nostrorū stulticiam, quando Paulus afferit etiam cibum dæmonibus immolatum non reddere immundam conscientiā Christiani hominis cum gratiarum actione edentis. Omnia enim munda mundis zc.

Nonus. cap. 11. de ciuili honestate seruanda a iuriis & a mulieribus quando in concionem conueniunt.

Decimus .codem capite, grauis increpatio et cōminatio iudicij dei, ne pergant sectas facere & alios contemnere ubi ad sacramentum unitatis conueniunt, id est ad communionem corporis & sanguinis domini.

Vndecimus. cap. 12. quod egregijs donis que nobis scorsum dantur, non sumus aliorum qui ea non habent domini sed servi, sed Adam noster serpentis ueneno infectus hoc peruertit in nostri & aliorum damnationem.

Duodecimus. cap. 13. quod illa insignia dona nobis nihil profunt ad salutem sine charitate, que si non adsit, certum est & fidem abesse in Christum unde illa producitur.

Decimus tertius. cap. 14. quod preter charitatem, inter reliqua dona quæ non omnibus obtinunt preferenda sit Prophetia, id ē donū interpretandi scripturas & docendi ex uerbo dei in scripturis nobis relicto,

IN EPISTOLAM AD CORIN.

relicto, quo dono ecclesia ædificatur. Atq; ibidem ex primitur, qui hoc dono sit utendum.

Decimus quartus. cap. 15. de ueritate resurrectio nis carnis.

In fine adiicit de eleemosyna in pauperes sanctos eroganda, & quedam familiaria, quemadmodum solet non nunquam in alijs epistolis,

Miramur uero quod Paulus tam pertinaciter perdurauit, non derelinquens Corinthios neq; despiciens de eis, utcūq; uideret se contēni et eos ad pseu do apostolos defecisse, ut non dicam quod ciuitas ipsa erat luxu & diuitijs perditā, ut sit ubi talia emporia sunt, Sed mirari ceſſamus, quia Act. 18. legimus Paulum hoc uerbum Christi de Corintho habuisse, Populus est mihi multus in hac ciuitate. Hoc uerbo egregie exercebatur Pauli fides, dum ſæpe omnia apparebant desperata, Id quod dico, ne & nos deficeremus de talibus ciuitatibus, si quando con

tigerit eis Euangelium prædicari. Nam

utcunq; nos non uideamus, tamen uerbum dei uacuum ad deū

redire non potest, ut

dixit Esaias Pro pheta.

A

Paulus

IN CAPVT PRIMVM.

Nomē
Pauli
et uo=
atio.



A V L V S etc. Suum nomē præponit et Apostolatus sui uocationē id est contra pseudoapostolos, ut Corinthij certi sint se uerbum dei ex Paulo audire, ex illis uero errores & seductionem, secundum illud Christi. Qui uos audit me audit, & qui uos spernit me spernit, & illud Ioannis. Nos ex deo sumus, qui nouit deum audit nos, qui non est ex deo non audit nos, per hoc cognoscimus spiritum ueritatis & spiritum erroris, Ipsi ē mundo sunt, ideo ē mundo loquuntur, & mundus eos audit, id est, sub specie uerbi dei inducunt Hæres, dum plausibilia & coram ratione humana speciosa docēt, Ita & Christus dicit. Ques meæ uocem meam audiunt, alicnum non audium, Qui ante me uenerunt fures fuerunt & latrones, sed non audierunt eos oues. Securi ergo sumus, nemo perit nisi filius perditionis, Ques Christi statim agnoscunt uocem pastoris & Apostoli, alij etiam audientes non intelligunt neq; possunt non sequi seductorem, Non dubitauit Paulus suum nomen mansurum, secundum illud, In memoria eterna erit iustus, Illorum autē paulo post cum ignominia abolendum, utcunq; ad tempus glorificatum, secundum illud Psal .9. Periit memoria eorum cum ipsis.

VOCATV S. Non à se ueniens.

APOSTOLV Sihesu Christi. Non aliud nuncians quam Ihesum, & hunc Christum, aut non aliud

EPISTOLAE AD CORIN.

aliud, quam à Ihesu Christo mittente accepit.

PER beneplacitum dei.

Non suis meritis aut conatu.

E T Sosthenes frater.

Consortem dignatur cum ipse tamen scribat, contra nostram superbiam, qui gloriamur etiam impudenter de alienis laboribus quasi nostris. Sine dubio sors la hic Sosthenes magnam habuit apud Corinthios auctoritatem.

et honoris.

ECCLESIAE Dei.

Non nostrae. Sic Petro dictum est. Pasce oves meas non tuas.

SANCTIFICATIS per Ec.

Non per opera Infra, factus est nobis à deo sanctificatio Ec.

VOCATIS SANCTIS.

Si non sumus sancti nisi uocatione, damnati certe sunt cijs sancti nostri conatus Ec,

Vocati
cijs san
cti.

VNA CVM omnibus, qui inuocant.

Non inuocant qui non credunt Rom. 10. Hæc uerba faciunt ut non solum Corinthiorum sit hæc Epistola, sed etiam nostra, Id quod etiam sequentia ita dicunt. In quoquis loco uel suo uel nostro, Item ubiq; unam esse ecclesiam dei etc.

No-
stra E-
pisto-
la.

Vna

Aduerte hic quod sicut inuocamus nomen dei, ita inuocamus nomen domini nostri Ihesu Christi. Io. 5. Ut omnes honorent filium, sicut honorant pa- trem.

Eccle-
sia.
Chri-
sti no-

A ij Gratia men.

ARGUMENTVM

Grati

GRATIA. etc. alibi.

Latio.

GRATIAS AGO. A gratulatione, ut ferè ubiq; in Epistolis suis incipit, ut quæ sit eius solicitude erga ecclesiæ omnes declareret, mente uere apostolica & episcopali, simul ut persuadeat alijs quanti hæc gratia habenda sit, de qua ipse ubiq; tantas gratias agit, ut & suo exemplo eos prouocet, ne tantæ gratiæ sint ingrati, nihil enim reddere licet pro tantis beneficijs à deo per Christum acceptis, præter gratiarum actionem.

Ingra
ti gra
tiæ ac
ceptæ

Ingrati sunt, qui non agnoscunt à quibus peccatis & malis per reuelatum Euangelium crepti sunt & quid per Christum acceperint. Huj postea facile suscitant sectas, sequuntur pseudapostolos, nouis gaudent doctrinis, ut acciderat Galatis & Corinthijs. Huj admonentur his uerbis infra cap. 6. An nescitis q; iniusti regni dei hæreditatē non cōsequentur? Ne eratis, neq; scortatores, neq; cultores simulacrorū, neq; adulteri, neq; molles, neq; qui concumbunt masculis, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regni dei hæreditatem accipient. Atq; huiusmodi eratis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, per nomen domini Ihesu et per spiritum dei nostri. Et .cap. 12. Scitis quod gentes fuistis, & ad simulacra muta uteunq; ducebamini sequentes. Absq; timore dei hodie omnia agimus, quæ deus suo uerbo dannat, & Christiano nomine nos tegimus, cum tamen Christiani sint qui expectat reuelatæ

IN EPISTOLAM ADCORIN.

reuelationē domini nostri Ihesu Christi, ut infra diciatur. Huius soli in timore dei agunt, ut in sana doctrina permaneant, nunquam cessantes gratias agere de gratia dei reuelata, secundum Psalmum, Benedicā dominum in omni tempore &c.

DE GRATIA DEI.

Dicit, ut Corinthiis auferat superciliū, qui de donis uariis, de sapientia, de eloquentia quasi suis tume=Gra=tia. bant.

QVAE DATA EST VOBIS.

Contra meritum uestrū, ut infra. cap. 4. Quid habes quod non accepisti? Quod si etiam accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Data.

PER IHE SV M CHRIST V M.

Ecce meritum nostrum, mediatorem nostrum, pontificem nostrum, infra. Qui factus est nobis a deo sapientia, iusticia, sanctificatio, redemptio. Per Ihesū.

Quæ est illa Gratia Dei de qua gratias agit?

Quod inquit, in öni re ditati estis, sed per ipsum, ne quid uobis arrogetis, ne respiciatis in doctores ue=Doce stros. Quid uero est quod dicit. In omni re? Nempe et cre inquit, In omni sermone, id est, prædicatione Euancilij, et in omni cognitione, scilicet spirituali, quæ sunt est fides. Atq; ita hic Paulus diuitias istas Corinthiorum in duobus comprehendi dicit, altero, quod mediæ gregie possunt docere et eloqui magnalia dei siue uicia Euangelium Christi, altero quod hæc ipsa per spiritu=eccle

A ij tum si=sie.

IN CAPVT PRIMVM.

tum fidei habent experta & cognita, non possunt hominibus maiores diuitiae contingere, de quibus .2. Cor. s. Nostis gratiam domini nostri Ihesu Christi, quod propter uos pauper factus sit cum esset dives, ut uos illius paupertate ditesceretis. Per alterum, id est, postremum salui suorum, per illud uero conuertuntur infideles & edificatur ecclesia, ut non dicam quod etiam nostram confessionem continet. Vbi uero sermo sine cognitione fuerit, Hypocrisis est, et tandem non potest non desinere in errores.

Q V I B V S R E B V S. καθώσ. id ē, quemadmodū.

Hoc ad superiora relatum, ut indicat Erasmus, significat illis rebus, id est sermone & cognitione, (ut in Psal, Credidi propter quod locutus sum) confirmatum in Corinthios testimonium Ihesu Christi, id est prædicationem, quæ testificatur siue prædicat de Ihesu Christo. Confirmatum inquit, id est, persuasum & creditum. Hodie multi contemnunt uerbum externe prædicatum, præ abundantia ficti spiritus, sed ut hic uides, sermone quem nostra cognitio id est fides prædicat, confirmatur Christi testimonium in corribus credentium. Quæ confirmatio plane est spiritus sanctus, qui cum prædicatione Evangelij in corda descendit. Gal. 3. Ex operibus legis spiritum ne accepistis, an ex auditu fidei etc? Hinc & Ioannes Baptista dicit. Ioan. 3. Qui accepit eius testimonium signavit quod deus uerax est.

ADEO

EPISTOLAE AD CORIN.

A DEO. &c.

Dona
Id est, ita diuites facti estis ut non desit uobis ul- uaria.
lum donum, quo indigeretis uel ad salutem uestram
id est cognitionem Christi, uel ad salutem siue tem-
poralem siue aeternam aliorum, nam uarijs donis ab-
undasse Corinthios 12. caput infra prodit & que
sequuntur. Donata est itaq; uobis cognitio Christi
ut salvi sitis, & præterea insignia dona in salutem
aliorum.

Chri-
stus ca-
put no-
strum,
adest
nunc
corpo-
ri, sed
in fu-
turo
reuela-
bitur.
EX P E C T A N T E S etc. Post istam gratiam
& testimonium in nobis confirmatum ut diximus,
quid restat aliud, quam ut cum gaudio expectemus
& desideremus reuelationem domini nostri Ihesu
Christi, ut confuso mundo qui nos nunc persequitur,
abolito peccato & malis alijs que nunc in carne
nos grauauit, uideamus in nouissimo die gloriæ et Chri-
sti & nostram in Christo, que erit redemptio corpo-
ris nostri, quod interim subiacet omnibus malis?

Christus est quidē et nunc nobiscum, sed eius glo-
ria à mundo contemnitur, dum non uidetur & dum
interim Christiani omnibus malis corā mundo pre-
muntur, tunc autem non ueniet quasi absuerit a no-
bis, sed reuelabitur ut uideatur q; non absuerit, ut in-
terim regnū eius sit in fide, sic enim placet deo sal-
uos facere credētes, ut increduli contēptu et blas-
phemis pereant. Adeſt inquā et nunc suis, quemad-
modū dixit. Ecce ego uobiscū sum usq; ad consumma-
tionē ſeculi, Et ubi duo uel tres fuerint cōgregati in

A iiij nomine

ARGUMENTVM

nomine meo, illuc ero in medio eorum, nisi tu putas
caput Christum, deum & hominem, à reliquis mem-
bris abesse, unde ergo esset uerum quod Paulus scri-
bit Ephe. 5. Sumus membra corporis Christi ex carne
& ossibus ciuis? Magna hæc est et potens consolatio
Christianis, in omni tentatione & necessitate, quod
breui futurū est, ut reueletur Christus et ipsi cum eo
glorificantur. Tunc, inquit fulgebunt iusti quasi sol
in regno patris sui, & erunt sicut Angeli dei, immo
ut Ioannes in Epistola ait, similes ei erimus, etiam
glorificato corpore, ut Paulus ait ad Philip.

Expe- Ideo illa reuelatio Christi expectanda & deside-
ctant randa est Christianis, quemadmodum Christus dicit.
Chri- His fieri incipiētibus, respicite et leuate capita uestra
stiani quia appropinquat redemptio uestra. Et Paulus 2.
Chri- Tim. 4. hac periphrasi describit Christianos. Qui dili-
stum. gunt inquit aduentū eius. Sic enim ait. Post hac repo-
sita est mihi corona iusticie, quā reddet mihi dominus
in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed &
ijs qui diligunt aduentum eius. Ideo & Rom. 8. ait.
Nos ipsi in nobis ipsis gemimus, adoptionem expe-
ctantes, redemptionem corporis nostri. Talibus cer-
te Christianis non libet abuti Euangelio, non libet
laborare discordia & scēcis, ut fiebat apud Corin-
thios & hodie apud nostros, quippe quod sciunt ibi
reddendam de his rationem, potius uero gaudent
quanto cyuill illum diē aduenire, quo à Satana securi
gaudeant

IN EPISTOLAM AD CORIN.
gaudeant in regno patris sui.

Sed quia fragilcs sumus, facile labimur, nihil ex nobis possumus, qua uirtute perdurabimus sine m= cula usq; in aduentum domini, ut liceat nobis optare illum diem? Respondet magna consolatione, Chri= stus confirmabit uos usq; in finem, ut sitis absq; culpa in aduentu eius, id est ut tunc non inueniatur in uo= bis culpa tegente Christo, in quo per fidem hic ha= buistis remissionem peccatorum. Sine culpa sumus quia per Christum nobis culpa remittitur, ut simus sponsa absq; macula, Ephe. 5. Est itaq; hic argumentū à facili, quod ita Paulus prosequitur. Nolite de hoc dubitare, Deus est fidelis qui ita per Christum pro= misit scilicet quod uult seruare, id quod obsignauit maximo pignore, nam inquit per deum estis uocati In con= in consortium filij eius, Quid hoc sit non licet nobis sortiū exprimere uerbis, nempe incnarrabile donum dei, Chri= de quo etiam lege in Epi. Ioannis, Vnde Ro. 3. Si com= sti. patimur & conregnabimus. Et Petrus. 2. Epi. dicit nos consortes factos diuinae naturæ.

Quid autē est, quod principiū huius Epistole tam Quid mite est, tanta commendatione Corinthiorum diues, sibi cum reliqua Epistola acerba est? Primum Corin= ista thiorum ecclesia non sic perierat sectis & malis gratu moribus, ut non superessent qui recte sentirent, doce= latio rent, uiuerent. Alioqui cur infra diceret, Significa= uclit. tum est mihi zc. nisi ibi essent qui alios coram Pau=

IN CAPVT PRIMVM.

Io ut dei Apostolo de schismate accusarent? Propter hos debuit illa ecclesia commendari, ne & illi gra- uarentur, sed potius ab Apostolo in tantis schismatiū tentationibus consolationem acciperent, qui ab uni- tate Christiana & sana doctrina non defecerant, quemadmodum supra diximus de Synecdoche figura

Deinde, si quis intueatur penitus consilium Pauli, deprehendet eum ualde prudenter idem plane agere in hac commendatione Corinthiorum et gratiae dei, quod infra agit accusatione & increpatione contra schismata, quibus per pseudoapostolos ministros Satanæ laborabant.

Nam si gratia dei eis data est, quid quidam glo- riantur de donis & sapientia quasi non acceperint aliunde?

Si per Ihesum Christum, cur respiciunt in homines, ut alius se dicat Pauli, aliis Appollo &c.

Si diuites sunt in omni sermone & cognitione, quid requirunt a pseudoapostolis noua dogmata a ueritate Christi auertentia?

Si per haec confirmatum fuit in eis testimonium de Ihesu Christo, stultum est alia testimonia siue alias prædicationes suscipere, que non sunt secundum Ihesum Christum, quibus conscientiae non confirmantur.

Si non destituuntur ullo dono, quid quæso miran- tur in pseudoapostolis?

Potro

EPISTOLAE AD CORIN.

Porrò, Si expectant ut ueri Christiani reuelationem domini nostri Ihesu Christi, cur aliena doctrina, sectis & malis moribus se contaminant, ut potius iudicandi ad illum diem ueniant quam glorificandi? Vel isto timore deberent redire ad Christi unitatem.

Item, Si Christus perpetuo confirmat spiritu sancto, ut in die illo inueniantur absq; culpa, quare non in illo uno Christo hærent, ne deficient ad homines siue ad doctrinas humanas? quæ per Philosophiam & leges humanas (dum ad salutem consequendā suscipiuntur) confundunt potius conscientias, dubias reddunt & grauant, quam confirmant, et si quandoq; per hypocrisim confirmare uidentur, non tamen confirmabunt usq; in dicm domini nostri Ihesu Christi.

Præterea, Si fidelis est deus, cur quidam eorum eum infidelem faciunt, non adhærentes eius promissis, sed deficientes potius ad ea quæ per Philosophiam & leges humanas rationi arrident humanæ? Qui enim hæc ad salutem & non ad huius uitæ usum suscipiunt, certum est quod promissa dei atq; adeo ipsum Christum contemnunt, utcunq; uel putent uel simulent se credere.

Ad hæc, Si uocati sunt in consortium filij dei, ualeat impium est tanti consortij tantam contemnere gloriam, & abire in consortium hominum, ut alius

ARGUMENTVM.

alius dicate, ego sum Pauli etc. ut neglecta gloria dei incipiamus gloriari de hominibus.

Nonne itaq; si istas antitheses ex ipsa Epistola diligenter contuleris, uidere licet quanta modestia, quanta prudentia, atq; adeo sancta calliditate. Paulus hic idem agat quod infra, nonnunquam acri quidem sed sancta obiurgatione. Impij enim dum pietatem laudari audiunt, non se admoneri sentiunt sed potius laudari, ideo etiam postea manifestius obiurgandi sunt, quo resipiscant.

Consilium uero istud suum Paulus ipse prodit, Statim enim post istam gratulationem incipit. Obsecro uel adhortor autem uos fratres, etc. quasi dicat. Quia per unum Ihesum Christum uobis gratia dei contigit, ditati estis per unum, confirmati & abundantes ut nihil uobis desit, cuius aduentum expectatis, in cuius consortium uos deus uocauit, adhortor ut in illo uno Ihesu Christo omnes simul ut membra unius corporis Christi inueniamini, ut non uos uarijs magistris, doctrinis & sectis separatiszc. Et ut hoc persuadeat, apostolico more & paterna solitudine utitur uocabulis concordiae et benevolentiae, obsecro siue adhortor & fratres, non ait ut nunc qui non sunt tales episcopi ut Paulus, Districte praepiendo mandamus etc. Igitur ipsa gratulatio Pauli fuit quasi parasceue ad ea quae instituerat scribere contra dissensiones illorum, quae nunc orditurn.

OBSECRO AVTEM etc.

Ista

IN EPISTOLAM AD CORIN.

Ista obsecratio siue adhortatio, non tam adhortatio est quam adiuratio quando fit ad uere Christi= Obsec=anos, hoc est, ad illos qui sciunt & agnoscunt quid cratio huic nomini debeant. Per nomen inquit domini no= Pauli, stri Ihesu Christi, quæ obsecratio contemni non po= test a credentibus, cum interim increduli contemnat omnes dei comminationes, modo impune interim eis contemnere liceat. Ut interim non dicam, quod hoc quoq; dicit, ne ad alia nomina ressipient, qui non in nomine Pauli & aliorum baptizati sunt, sed in nomine domini nostri Ihesu Christi, per quod nunc eos obsecrat.

VT IDEM LOQ. V A M I N I O M N E S.
Quia animis dissentiebant, ergo & uerbis, quo no= tia diuersas eorum doctrinas & hinc contentiones, Vt idem quibus perturbatur & confunditur ecclesia, nam dica= multi relictæ ueritate & charitate recedunt ad fal= sitatem, et multis sunt erroris occasio. Alij grauiter omnes tentantur ut deficiant. Optimi uero & constantes de istis scandalis non dolere non possunt, quemadmo= dum Paulus in secunda Epistola dicit. *Quis infirma= tur & ego non infirmor? quis scandalizatur & ego non uror?*

Reliqua sandala, quæ uenient ex moribus et acti= Scan= onibus siue prohibiti siue non prohibit, sunt qui= dala dem grauia, de quibus Paulus ait, ne fratrem meum morū sandalizem, ut pereat pro quo Christus mortuus et do= est, non manducabo carnes in aeternum. Sed ad istud doctrinæ

IN CAPVT PRIMVM.

doctrinæ et hinc ortæ contentionis et emulationis scandalum comparata, sunt nihil. Illa enim emendantur postea ex dei uerbo, ita ut infirmiores, ubi ueritatem didicerint, non scandalizentur amplius de rebus non prohibitibus. Et adulterium quod prohibitum est, scandalio quidem est ecclesiæ dei, et facit ut blasphemetur Euangeliu[m] nostru[m], sed non seducit alios ut adulterium quasi diuinum approbent. At istud scandalum, uerbum ipsum auferat uel negando uel obscurando, ne sit aliud quo istud scandalum tollatur.

Indu-
rati se
ctarij. Hic magistri erroris nolunt resipiscere, ne per-
dant suam gloriam, et nihil intolerabilius est eorum
discipulis qui, sibi errorem persuaserunt, ex quibus
præter contentiones et blasphemias nihil audies,
modo habeas aures Christianas, alioqui quæ rationi
consentanea sunt, utcunq[ue] contra dei uerbum, tibi
dulcissima uidebuntur et à spiritu dei profecta.
Huc accedit quod ubi semel obduruerunt suo ipsorum
(ut Paulus ait) iudicio damnati, non cessant omnem
mouere lapidem, ut alios in sua rectia trahant, nihil
illis molestius, nihil intolerabilius nisi eis accedas et
consentias. Pij in sua uocatione uix quæ debent in
tempore et ubi oportet dicunt, peccantes nonnun-
quam ipso neglectu, isti autem quauis oblata occasio-
ne quiescere non possunt ut proficient, uerū, ut Pau-
lus ait, mali homines et seductores proficient in
peius, errantes et in errorem mittentes. At Christo
gratia,

EPISTOLAE ADCORIN.

gratia, quem profectum querunt non assequuntur, ut ibidem Paulus ait. Resistunt inquit ueritati homines mente corrupti, reprobi circa fidem, sed ultra non proficient. insipientia enim eorum nota erit omnibus. Nam scriptum est, ut ait in hac Epistola, Perdam sapientiam sapientium, & intelligentiam intelligentium reijciam. Vbi sapiens? ubi scriba? ubi disputator huius mundi?

Igitur uides quā sollicite Paulus dissensiones ablaturus, prius dixerit. Ut idem loquamini omnes. Loquendo enim uenenum dissensionis et praeue doctri-
na latius serpit, & grauissima peccata lingua com- Lin-
mittuntur, id quod Christus manifeste prodiit de- gua
blasphemia in spiritum sanctum. Errorem tuum fert ssime
deus ut alia peccata, nō enim intelligere potes quod pecca-
tibi deus non dedit. Nam ut Ioannes ait. Non potest turā
homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datū ē celo. sedu-
Non autem ferre potest deus, si errorum tuum pro ctoři
ueritate dei alijs obtruseris, & multos tecum tra- bus.
here uolueris in precipitum erroris, id quod plane
est Satanæ negotium, & proprie est illud mendacium
de quo Psal. Perdes omnes qui loquuntur menda-
cium. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis
suis dolose agebant, iudica illos deus, Decidant a cō-
silijs suis &c. Hunc locum Paulus etiā Philip. 2. in-
signibus uerbis & Christi proposito exemplo ex-
pressit. Si qua inquit igitur cōsolatio in Christo etc.

Et quanquam nō refert, ut inter alios homines ita
etiam

ARGUMENTVM.

Certo etiam inter ipsos Christianos, quibus uerbis senten-
docen-
tiam bonam exprimant, modo inter ipsos certissime
dūcon constet de re ipsa, & ita usus loquendi apud ipsos
suetis habeat. Tamen Paulus hoc ipsum quod hic dicit, ut
scri-
idem loquamini omnes, alibi ita commendat Timo-
pturæ theo, ut uelit non solum sanam sententiam, sed etiam
uerbis formam sanorum uerborum ex sacris literis, ne sint
qui male nos intelligant, & qui postea ex uerbis no-
stris, quæ inter nos recte accipimus, interpretentur
ea quæ non docuimus, & fiant contentiones ex do-
ctrina illorum, quos constat dei esse ministros, non
propter sententiam malam ministrorū, sed propter
obscuria & a consuetudine scripture aliena uer-
ba, a quibus abstinere debemus propter alios, utcūq;
inter nos recte intelligamus.

Mirum quanta uerborum portenta quidam ex
ueteribus hæreticis, & nuper Monetarius ille spiri-
tus, adduxerint. Ideo sic ait Paulus. 2. Timo. 1. formā
Verbo rūpor tenta.
habeto sanorum sermonum, quos à me audisti cum
fide & charitate, quæ est in Christo Ihesu. Et cap-
sequenti, prophanas uocum inanitates prætermitti-
to, ad maiorem enim proficient impietatem, & ser-
mo illorum ut cancer morbus passionem habebit.
Et in fine prime Epi. O Thymothee depositum ser-
ua, deuitans prophanas uocum inanitates & oppo-
sitiones falso nominata scientie, quam nonnulli pro-
fitentes circa fidem aberrauerunt. Et. 2. Epi. 3. Tu
aero permane in ijs quæ didicisti et credita sunt tibi,
sciens

EPISTOLAE AD CORIN.

sciens à quo didiceris, Et quia ab infantia sacras li-
teras nosti, quæ te possunt &c.

Iccirco et quas literas, ut Taulcri et aliorum, ^{Taulc} rus,
quæ s̄epe dignissimas continent sententias, in prin-
cipio reuelati Euangelij commendauimus, nunc ne-
gligere oportet propter clariorem lucem scriptu-
rarum, non quia illa nunc damnamus, sed quia phra-
sim alijs habent quam sacræ literæ, unde alijs qui
occasione querunt, posset ansa dari mali dogma-
tis. Conuenit ergo ut nunc talibus autoribus, certe
nō malis, dicamus id quod Samaritani credentes di-
xerunt ad suam ciuem. Io. 4. Iam non propter tuum
sermonem credimus, ipsi enim audiuimus, et scimus
quod hic est uere seruator mundi.

Breuitate, liberum esto nobis, quibus uocibus uta= Nota.
mur, modo consuetis et clare intellectis, etiam si nō
in sacris literis ipsa uerba, sed tamen res contine-
antur, Ad introducendum uero nouum dogma non
est ferendum ut alias uoces accipiamus quam sacras,
quia prophanas uult Paulus uitari, ne circa fidem ab-
erremus.

Idem oportet nos omnes loqui secundum Euan-
gelium Christi, ne dicamus. Ego sum Pauli etc. Alio-
qui qui erimus absq; dissidijs? qui erimus integrum
corpus? qui una mente et una sententia? Male enim
omnia cohærent, quæ spiritu sancto non cohærent,

Sed quid? Nunquid ego debeo idem loqui cum Idem

B multis loqui

IN CAPVT PRIM V M.

maltis, & esse cum eis una mente & una sententia, si uenero ad aliquam papisticam ecclesiam, quæ impugnat iam, & doctrina & manu satis impie gratiam dei, quam accepimus in Christo, nam utcunq; habeant frequenter in ore hoc uocabulum, gratia dei, tamen Pelagianico errore decepti, gratiam dei non agnoscunt, ut non dicam interim de illis, qui propter sua lucra & commoda inter eos libenter insaniunt, & sua sponte impij sunt. Item si uenero ad Sacramentarios, Item si ad rebaptizatores, &c. nunc quid inquam debo idem cum eis loqui, ab eis non dissentire, quia Paulus uult, ut idem omnes dicamus & non sint inter nos dissensiones &c? Nam ita obijcitur nobis. Vos facitis contra Paulum, aliter prædicatis quam nos, rumpitis unitatem, facitis contra charitatem. Non mirum autem ita obijci à papistis, à quibus recessimus, imo qui recedunt à Christi Euangeli, defendantes doctrinas dæmoniorum, sed mirum obijci à Sacramentarijs, qui ex nobis exierunt.

Respondeo. Hec ex Paulo primum im pie, deinde & ridicule asseri, cum nihil minus dicat Paulus atq; adeo diuersum, id quod puer potest uidere ex præcedentibus & sequentibus. Impium est asserere quod nemo debet relinquere cognitum errorē multorum, & recedere a multitudine male coherentे, alioqui cur pauci Apostoli defecerunt à multis iudeis

EPISTOLAE AD CORIN.

dæis, qui nomen habebant quod essent populus dei,
habebant legem dei, cultum dei etc? Nunquid male
fecerūt duo aut tres Episcopi Catholici, qui differ-
tibant à multitudine regnantium Arrianorum?

illa autem, ut nihil aliud dicam, ridicula senten-
tia est, quod oportet accedere ad ea quæ quisq; sibi
sonniarit, ut quisq; nebulo, qui ex nobis exierit ha-
beat calumniandi ansam, & dicendi contra nos, Vos
rumpitis unitatem, facitis contra charitatem, contra
Paulum, quia non uultis sentire mecum, quia dicitis
me Satanae agitari spiritu &c, ut scilicet confirme-
tur sententia illa prudentium hodie quorundam ui-
rorum, Nihil referre ad Christianismum, quid do-
ceatur, quid sentiant homines sub nomine Christiano,
modo pacem & concordiam conseruent. Reclissima
quidem sententia, si de pace & concordia ciuili in-
telligatur. Cum omnibus hominibus, inquit Paulus, si
fieri potest pacem habentes, Et contra seditiosos
gladio agendum est, Verū impia sententia est, si si-
dem in Christum spectes, Christus enim non pacem,
sed gladium, uenit mittere in terram &c. Carni au-
tem ualde suavis est sententia, ne cogatur crucem fer-
re, dum licet ei simulare, afferere, negare quiduis, ut
pacem habeat. Talem prudentiam iamdudum nobis
quidam suis scriptis exhibuerunt, Sed ad rem.

Quasi uero Paulus dicat recipiendum quicquid

B = nos

IN CAPVT PRIMVM.

nos excogitauerimus, modo conueniamus, ut simus concordes in una aliqua doctrina, quæ nobis placuerit, ut quæ uisa prudentioribus fuerit? Cur ergo Turcas damnamus, nisi forte quod non appellantur Christiani?

Quasi uero hic non sit efficacissimus locus contra has calumnias? tantu abest ut hinc calumnia fiat ueritas. Nonne Paulus statim in sequentibus damnat omnes doctrinas humanas & omnem mundi sapientiam, ne in hominibus gloriemur, ut nos reuocet ad unum magistrum & saluatorem, Ihesum Christum crucifixum, qui factus est nobis a deo sapientia &c? Certum est itaq; Paulu nos omnes uelle idem loqui, idem sentire in Christo & secundum Christum.

Verum ridiculus fio, ista tan manifesta multis agens, quid enim est manifestius eo, quod statim praemisit. Vocati estis per deum in consortium filij ipsius Ihesu Christi domini nostri? In isto consortio mult nos idem omnes loqui & sentire.

Verbum Christi, & doctrinam apostolicam, non quæ hominum sunt, his uerbis commendat, ut & alibi sepe. Hinc & Ro. ultimo dicit. Obsecro autem uos fratres, ut consideretis eos qui dissidia & offendicula contra doctrinam, quam uos didicistis gignunt, & declinetis ab illis. Nam qui eiusmodi sunt, domino Ihesu Christo non seruiunt, sed suo ventri, & per blandiloquentiam & magnificos sermones decipiunt corda

EPISTOLAE AD CORIN.

corda simplicium. Et Ioannes. Epist. 2. Omnis qui transgreditur & non manet in doctrina Christi, deū non habet. Qui manet in doctrina Christi, hic et patrem & filium habet. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non adserit, ne recipiatis eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicaat eius operibus malis. Et Christus. Docete inquit eos seruare omnia quæcumq; præcepī uobis. Et rursum. Spiritus sanctus testimonium perhibebit de me, et uos testimonium perhibebitis, scilicet, de me, quæ admodum & Paulus supra dixit, Testimonium a Ihesu Christo confirmatum fuisse in Corinthijs.

Nihil igitur est ut hic alia sententia sit, quam ut in solum Christum, & uerbis & mente consentiamus.

SIGNIFICATVM.

Incipit accusare dissensionem, ut eos reuocet ad summa Christi unitatem, ne in hominibus sed in solo domino dicendum nostro Ihesu Christo glorietur, qui crucifixus est dorū pro nobis solus, qui factus est nobis à deo sapientia, iusticia &c sine quo fundamento non possunt esse salui homines. Qui autem super hoc fundamentum recte superaedificant, ministri tantū nostri sunt, non qui nobis dominantur, non in quibus gloriemur. Atq; hæc est summa et argumentum omnium, quæ dicuntur ab hoc loco in his quatuor capitibus,

Verecunde et modeste incipit, cum dicit sibi signifi-

IN CAPVT PRIMVM.

**Sig-
nifi-
catū
dicit.** nificatum de Corinthiorum dissensione. q. dicat Cum dolore audio quod non speraueram, ut infra quoq; cap. 11. Cum conuenitis in ecclesia, audio dissidia in uobis esse, & aliqua ex parte credo &c. Ne uero excusarent, uanam fuisse illam significationem, addit familiæ nomen. Significatum inquit est mihi à familiari bus Chloæ, mulieris Corinthiæ. In huius mulieris familia uidetur fuisse probatissimi Christiani, quorum autoritas & perspecta probitas, à reliquis Corinthijs contemni non potuit. A nominibus uero abstinuit, ne quid illis inuidia & conflaret.

**Qua-
re non
suis no
mini-
bus cō
tra se=** E GO Q V I D E M S V M Pauli &c.
etari= Infra capite. 4. indicat, quo consilio hic usus sit non
os a= minibus bonorum ministrorum, cum tamen contra
malos ministros agit. Hec inquit in me & Appollo figuraui &c.

gat. Primum, ne se cum suis extollere uideretur & humana querere gloriam, si de alijs hominibus gloriari prohiberet, tacitis suo & suorum nominibus. Secundo, quia non facile emendantur magistri erroris nominatim accusati, qui nondum ipsi sua nomina prodiderunt.

Tertio, offensi fuissent aliij qui eis adhærebant, si suorum nomina magistrorum palā traduci uidissent.

Quarto, ut hinc ita argumentum accipient. Si Paulus non uult, ut de se & de suis, quos probatissimos iudicat gloricmur, multo minus uult, ut gloriemur de ijs, quos certo scimus a Paulo nō probari, quorū

EPISTOLAE AD CORIN.

quorum nominibus consulto parcit ut emendentur.

Ego sum Christi, Non argueret qui sic dicunt, nā Secte.
Ro. 14. Siue morimur siue uiuimus, domini sumus, &
infra in fine. 3. cap. Vos autem Christi, Nisi & hoc
nomine abusi fuissent ad dissensionem, Non ergo isti
sunt meliores alijs, sed potius grauius peccant alijs,
abutentes sanctissimo nomine, contra praeceptum, Nō
assumes nomen domini dei tui inuanum.

Significat autem hoc Paulus, Vos omnes ferē glo-
riamini de hominibus, alijs de alijs, per contentio-
nem, Vix pauci dicunt se Christi, nec sine contentio-
ne, et tamen omnes ab uno Christo, uultis esse Chri-
stiani, Num diuisus est Christus &c? Quare sub uno
Christo ita uos diuiditis, quasi alijs alium, & melio-
rem habeant Christum?

Si Christi non es damnatus es, quacunq; etiam
professione glorieris, non tibi proderit quod diceris
Franciscanus, Augustinianus, Sc̄̄tista, Thomista &c.
Si Christi es, non refert sub cuius potestate secun-
dum deum agas, siue sub Papa siue sub Turca.

Respectus itaq; personarum hic damnatus est, &
omnis institutio humana que uitam æternam pro-
mittit, Nulla persona saluabit, nulla creatura neq; in
cælo neq; in terra, Vnius Christus est salus nostra,
Nemo preter hūc est crucifixus pro me, Nō Petrus,
non Paulus, non Angelus est meus saluator, sed unus
Christus.

IN CAPVT PRIMVM.

Grauiſſima ſunt argumenta quibus deterret a ſe=
tis. Paulus non eſt pro uobis crucifixus, ut glorie=
mini in nomine Pauli, Neq; in nomine Pauli eſtis ba=ptizati, ut inde nominemini, & pro nomine Pauli contendatis. Quod de ſe dicit, figurate de omnibus alijs dicit. Ethodie dicimus. Nunquid Papa pro uobis eſt crucifixus? &c.

GRATIAS AGO.

Vitan Non male feciſſet Paulus baptizando. Cur enim non da oc= etiam baptizaret cui commiſſum eſt ſummum illud caſio officium Euangelizandi? ex certe quosdam ſatetur ſchis= ſe baptizaffe. Non itaq; ſimpliciter gratias agit ꝑ matū. non baptizarit, ſed quod abſtinendo a baptizando uitariſſit malam occaſionem, quam arripiunt iij qui in= ciipient de hominibus a quibus baptizati ſunt, glori= ari.

Non in nomen uel in nomine Pauli aut aliorum Bapti baptizamur, ſed in nomen & in nomine domini no=za= stri Ihesu Christi, In nomine dei, in nomine sancte tri= mur nitatis, patris & filij & ſpiritus sancti baptizamur, in no= ut ſimus illius in quem & cuius nomine baptizamur, mine nulli ad ſalutem obnoxij, niſi in cuius nomen & eu= &c. ius nomine baptizati ſumus. Nos nō hominis, ſed dei & Christi domini nostri baptiſtum accipimus, miniſter interim nobis ignorantibus potest eſſe aliquis Iu= das. Hæc olim Nouatiani & Donatistæ, ut & nostri rebaptizatores, ignorabant. Si persona hominis ba= ptizan=

EPISTOLAE AD CORIN.

ptizantis facit aut officit aliquid ad baptismum, cur
Paulus cum ceteris causis, non hoc quoq; agit, ut re-
baptizentur Corinthij, qui a pscudoapostolis erant
baptizati?

NON ENIM MISIT M.E.

Ergo quando quosdam baptizauit, fecit quod non Prædi-
erat sibi mandatum? Respondeo, neq; erat Paulo care p
prohibitum ne baptizaret, imo quando erat Euange= se de-
lista, cur non esset & baptista? sed post mandatum bet E-
siue missionem, illud erat necessario, hoc autem non pisco.
necessario, sed si uellet. Hinc est illa vox uere Apo= pus=
stulic & Episcopalis. V& mihi si non Euangeliza=
uero, nam dispensatio Euangelij mihi credita est.

Episcopus per se debet esse Euangeliſta ſive E=
uangelij prædicator, quod ſi non eſt, non eſt episco-
pus. Noſtri hodie non ſolu non prædicat Euangeliū,
ſed ad hoc ſolum ſuo nomini ſatisfaciunt, ut prohi-
beant Euangeliū & persequantur, egregij ſcilicet
Episcopi. Quod ubi faciunt gloriantur ſe purgare
eccleſiam ab heretibus, & nesciunt quibus, egregie
periuri dum egregie ſacram ſive dei ſcientiam non
habent, qui iurauerunt ſe ſcire uetus & nouum te-
ſtamentum, cuius ſcientie accipiunt ſignum mitram
illam bicornem, ad impugnandas ſcilicet hereses
geminò cornu ueteris & noui teſtamenti, & nihil
aliud persequuntur, quam ueteris et noui teſtamenti
doctrinam, illud ſcilicet quod prophetæ, Christus et

IN CAPVT PRIMVM.

Apostoli docuerunt, ut statuant illa quæ uerbum dei non habet, atq; adeo etiam que uerbum dei dannat.

Quibus armis pugnant contra heresim? gemino ut aiunt cornu, ueteris & noui testamenti, Rectissime quidem, si uerbum dei esset heresis, & si gladius, ignis & inuocatio brachij saecularis essent uetus & nouum testamentum, breuiter, si homicidam agere esset Euangelium prædicare. Ita scilicet Apostoli faciebant, quorum isti se successores gloriantur: imo Apostoli hoc passi sunt quod isti faciunt, & quod Apostoli fecerunt & docuerunt, hoc isti damnant & persequuntur. Principes saeculi huius agunt nec bonos, Episcopos uero non agunt.

Itaq; uerus Episcopus agnoscat hanc ueri Episcopi uocem, Væ mihi si non Euāgelizauero. Baptizare autem potest per se uel per alios, quibus uoluerit hoc commendare. Sacramentorum administratio per quoslibet potest fieri, quibus id committitur, neq; necessario baptizat Episcopus, prædicare autē necessario debet, quia ad hoc missus est. Quomodo enim prædiabunt nisi mittūtur? & quomodo non prædiabunt qui missi sunt? Sic legis Acto. 10. Petrum per se prædicarc, ad cuius prædicationē cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum, per alios autem quibus ipse iubet baptizare, non certe per Apostolos, sed per fratres, id est, Christianos, qui cum comitati ab Ioppe fuerant.

Quod

EPISTOLAE AD CORIN.

Quod si Paulus ob baptismum non esse se Apo- Epis-
stolum dicit, quem tamen diuinum esse constat, & copi
a Christo ita institutum, ut nemo possit esse saluus, nugis
qui eum contempserit, quemadmodum ait, Qui cre- se uen-
diderit & baptizatus fuerit saluus erit, & Nisi dicat.
quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto &c.
Cur nostri Episcopi propter quasdam liberas cere-
monias & humanitas inuentas, quas uel suscipere
uel negligere licet Christianis, sese magnificant?
Necessarium Euangelizandi munus reliquerunt, ut
sit Vnde ipsis, Christi etiam Sacra menta libenter alijs
permittunt. Sibi autem illa solum scruauerunt, que
iam reuelato Euangelio ipsis solis libenter permit-
timus

Non oleum, non rasura, non illa confirmatio qua Cere-
monias mihi obesset, si permitterent mihi Euangeliū, moniæ
& propter exigitata Sacra menta usum uerum ue- liberæ
rorum Sacra mentorum non prohiberent. Cum autem
uolunt ut negem Christi Euangelium, quid mihi cum
oleo peccatoris? Christiani unctionem habent a deo,
id est, spiritum sanctum, quo & confirmantur, ut
supradictum, rasuram quoq; habent a deo, id est, co-
ronam regni, qui sunt in Christo reges & sacerdo-
tes. Externas autem ceremonias, que cis mandate
non sunt, uel pro huius temporis commoditate secun-
dum deum suscipiunt, uel si officiunt fidei contem-
nunt.

Discent

IN CAPVT PRIMVM.

Disant igitur ex hoc Paulo uerbo Episcopi, se
missos ad Euangelizandum, & non baptizandum,
si non ad baptizandum, multo minus ad condendum
leges & statuta de humanis ceremonijs, quas quidem
ordinare possunt, ut pro tempore pietati seruant,
Inci- non ut pro Euangelio (ut nunc fit) suscipiantur.
pit tra

NON ERVDITO SERMONE,
etatus ne inanis reddatur crux Christi.

de sa- Arrepta occasione, Paulus contra pseudo apostolos
pietia & ab his seductos Corinthios agit quod instituerat,
dei, cō Nam contra eorum falso iactatam sapientiam, de=
tra sa- clarat quæ sit uera & spiritus sancti sapientia, ut
pie n- redeant à carnali & mundana siue philosophica sa=
tiam pientia quam & animalem siue rationalem uocat,
mūdi qua à Christo seducti erant, sub nomine tamen Chri=
sti, redeant inquam ad sapientiam spiritus, qua sola
constat hominibus salus, quæ est Christus Ihesus pro
nobis crucifixus. Quare uero in hac Epistola Chri=
stum & Christi Euangeliū sub nomine sapientie
doceat, hæc causa est, quia illi de sapientia pseudo=
apostolica (quæ qualis sit dicemus) sibi placebant,
Error ut à principio diximus.
de cru

dito Non intelliges quid hic locus sibi uelit, si statim
sermo in initio non noris, quem dicit Paulus eruditum ser=ne
& monem, uel (ut ad uerbum in græcis legitur) sapien=
de crutiam sermonis, aut quam dicit crucem Christi. Nam
ce qui patrocinantur suæ ignorantiae, sentiunt Paulum
christi hic

EPISTOLAE AD CORIN.

bic damnaſſe eloquentiam, quaſi uero eloquentia nō
ſit donum dei ſiue ſpiritus Jancti, quod ſeruire poſſit
Euangelio Chriſti? aut quaſi uero laude digni ſint
ſtupidi quidam concionatores & ineruditи, qui ſic Con-
omnia confundunt & inerudite tractant, ut dicendo tra-
multa nihil dicant, docendo multa nihil doceant, mihi erudi-
rum tamē interim, quam ſibi plaudiantur, quam ſub= toſ &
limiter de ſe ſentiant, contemnentes eruditionem. inep-

Neq; uero hoc dicimus, quaſi ſentiamus fastuofas ^{tos cō}
declamationes amare dei eccleſiam, aut ad Euange- ^{ciona}
lizandum Tullianam requiri eloquentiam, ſed quod ^{tores.}
ipſa quoq; ſimplex ueritatis oratio, ut cunq; ſimpli-
citer, tamen commode & apposite, id eſt, non incpte
& fine arte tractari debet, ut uulguſ ipſa cogita-
tione ſequi et comprehendere poſſit ea quae dicūtur,
alioqui fruſtra multa dixeris.

Fallitur longe qui docere ſe putat uulguſ, dum te-
merc nunc hoc nunc illud effundit. Simpliciter qui-
dem docenda eſt ex uerbo dei ueritas, & nihil hu-
manæ doctrinæ cum uerbo dei permifcendum, ut
binc ex Paulo clariffime docebimus. ſed ſi omnia
confuderis, id eſt, nihil ad rem dixeris, ubi erit
tua ſimplicitas? Tu quidem nihil forte interim con-
tra uerbum dicis, imo forte corradiſ undiquaq; ſcri-
pturas, quas nullo ordine tractas, ſed interim etiam
non uides, te non dicere pro uerbo dei, id eſt, ad fa-
lutem auditorum. Qui enim pro uerbo dei diceres,
dum nihil dicis?

Nunquid

IN CAPVT PRIMVM.

Nunquid Paulus ita uel docuit uel scripsit, ut dicens de igne, statim ex igne faceret aquam, et cœlum terræ permisceret? Nunquid docuit sine doctrina? nunquid scripsit sine literis literatis? Cur ergo ex ipso defendimus nostras ineptias & balbutiem? An non & ipse uult Episcopum potentem ad docendum, potentem ad conuincendū contradicentes & hæreticos? An non et Christus coram crassissimo vulgo dicens, utitur bonis sententijs, parabolis, similitudinibus, & omnia apposite ad rem dicit? ut non dicam, quod illa sapientia præter rem, quam instituerat, dicere non potuit.

Igitur non intelligunt quid hic sit, Eruditus sermo siue sapientia uerbi, qua non potest prædicari Euangeliū, qui intelligunt hoc loco eloquentiam damnatam. Habet & ecclesia suam in Christo eloquentiam, ut infra legis cap. 12.

Contra Porro cum quidam hic audiunt, Ut non euacuetur tra stu crux Christi, similiter non intelligunt, quid hic signipidos fecit crux Christi, ita ut ex talibus orationibus quidam deuotarij monachi, nihil aliud quam hanc sentarios tentiā hauserint. Paulus non uult sapientiā uerbi, ut non euacuetur crux Christi, id est, non uult ut docti sint Christiani, sed tantum meditentur passionē Christi, & interim meditationem passionis Christi uocant, quando inspiciunt imagines crucifixi, aut orant orationes, aut legunt ipsam historiam dominice passionis, sive

EPISTOLAE AD CORIN.

nis, facientes sibi cogitationes, quasi condoleantur Christo. Ad quam sententiam statuendam etiam abutuntur illa sententia quae sequitur. Nihil iudicauimus scire inter uos, nisi Christum & hunc crucifixum, & qui sibi uidetur esse sapiens inter uos, stultus in hoc saeculo fiat, ut reddatur sapiens, & illa sententia alibi. Mibi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Ihesu Christi.

Quo factum, ut a sacris literis & uera pietate auersi simus, sub specie pietatis, dum ignavia & inscitiae & contemptus sacrarum literarum, & studiorum, quae ad illas conserunt, cuperunt impie pro sanctitate ex sacris literis defendi.

Nonne uides tales ne ullum quidem uerbum ex his intelligere, que hic de gratia dei dicuntur, usque ad quintum caput? Statim enim in ipsis foribus impingunt, ita ut ne somniare quidem sibi possint ullae in contextu sententiam, quam sequantur.

Sed iam opus est, ut ueram sententiā horum Pauli uerborum, ex ipso Pauli contextu aperiamus.

E R U D I T V S sermo, siue sapientia uerbi.
Primum, quod Eruditum sermonem siue sapientiam sermonis dixit, in sequentibus dicit Eminentia sermonis, itē, persuasoria humanae sapientiae uerba, & rursum sermones quos docet humana sapientia, Mente uero unde talis sermo & talia uerba prodeunt, uocat sapientiam huius mundi siue seculi, sapientiam secundum

IN CAPVT PRIMVM.

secundum carnem, sapientiam humanam, eminentiam sapientiae, sapientiam principum huius saeculi, id est, virorum magno ingenio preditorum, item spiritum huius mundi. Porro huius eruditonis siue sapientis sermonis professores vocat, Disputatores huius saeculi, sapientes secundum carnem, Principes huius saeculi, animales homines & sermonibus inflatos, in quibus non sit spiritus dei.

Ex his ita collatis, quis non uidet, hic eruditum sermonem siue potius sapientiam sermonis, non dici ordinatum sermonem, & ad rem de qua agitur apositum, siue latine siue alia lingua dicas, qualis enim fuerit sermo si sine mente dicas? sed potius hic dici cum sermonem, qui sit philosophica ratione argutus, hoc est uerisimilis et probabilis secundum iudicium carnis siue rationem humanam.

Ratio
sentit
contra
fidem.

Ratio humana quicquid certa & evidenti ratione audit sibi non persuaderi, credere non potest, Sentit ergo nisi uelit mentiri, pro nullo articulo fidei sed contra omnes fidei articulos. Non sentit deum condidisse omnia, atq; omnia & bona & mala eius prouidentia disponi, nisi Plinium putas non habuisse rationem. Et quando sentiret quæso patrem et filium & spiritum sanctum esse unum deum? filium incarnatum, esse deum qui crucifigitur & moritur? nostram sapientiam esse stulticiam coram deo, nostram iusticiam esse peccatum? illum deum crucifixum solum reg=

EPISTOLAE AD CORIN.

lum regnare super omnia, esse dominum peccati,
mortis, iusticiæ & uitæ, hunc solum esse nostram sa-
pientiam & iusticiam, promissiones dei in Christo
esse ueras, quæ promittunt ea, quæ oculus non uidit,
nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderūt, id
est, quæ ratio capere non potest?

Ratio & Philosophia in ijs se debent continere, Ratio
ad quæ creata sunt à deo, nempe in ijs quæ sumi in= adquid
frā nos, & quæ nobis seruiunt, siue cœlestia siue ter= data,
restria, ad præsentis uitæ commoditatem. cum ar

Vbi autem cæperint inuestigare inquisitione & tibus.
iudicio naturali dei sapientiam & iusticiam, iam ni-
hil minus sunt, quam quod dicuntur, non enim am-
plius ratio & Philosophia merentur dici, sed stul= Sapien-
tia & insania. Hic enim ratio ad opera dei non in= tia ra=
tendit, sed ad suas cogitationes, et non suscipit deū, tioniis.
qui se suis operibus declarauit, sed quem ipsa cum
suis cogitationibus fornicata, sibi fingit, ut hæc ui-
des Rom. 1.

Vbi ergo sapientissima esse uult in diuinis rebus,
ingreditur in seipsum et non in deum, nō enim aliter
potest, & incipit cogitare magnitudinem dei et po-
tentiam, ut contingat ei quod dicitur Pro. 25. Qui
scrutatur grandia ab his opprimetur, Vide et Ecc. 3.
donec nihil aliud inueniat quam uel nullū deum uel
terribile deum, tantum abest ut bonitatem eius in-
uenire possit, ut accedat, Hac itaq; sapientia
longius recedit & fugit à deo, tam stulta &

IN CAPVT PRIMVM.

cæci, ut ne hoc quidē intelligat quod recedit à deo,

*Iusti-
ciara-
tionis.* Quin insuper iustificare se uolens, suam iusticiam id est, quam ipsa sibi iudicio carnis fingit amplectitur, non dei iusticiam, quam non intelligit imo damnat, Hic mirum quam se se contra omnem dei uoluntatem erigit & superbiat, ea tamen hypocrisi, quasi

Nota. se se quam maxime demittat, non uidens rursum ob sui cæcitatem, quod uoluntatem suam tantū amplectitur, non uoluntatem dei, præscribit enim sibi & persuadet, quod sua deo placent, quæ tamen persuasio, quia ex opinione est, in tempore temptationis illusio fuisse declaratur, & ignorat nostra non accipi à deo aut ei accepta esse, quia nos probamus, sed quia ipse probat, quæ autem probet, nempe suo uerbo, Christiani non ignorant.

Igitur quocunq; modo agat cum deo ratio humana, sine dei uerbo, est eius sapientia siue speculatio summa stulticia, & eius iusticia siue religio, summa superstitione, & utruncq; impietas.

*Ratio
Theo-
loga ē
Here-
ticiæ.* At uero ubi ratio caperit suas cogitationes etiā inferre in scripturas sanctas, & fieri uerbi dei magistra, non solum insanit sibi, sed etiam alios secum seducit, ut non posset plus Satan ipse. Non enim occurri potest huic blasphemiae, dum nemo suspicatur aliud sub specie uerbi dei doceri, quam dei sapientiam & iusticiam, hoc est, hominum salutem, quod enim restat remedium, ubi remedium factum est uenenum, id est, ubi sub specie uerbi dei obtruduntur nobis

EPISTOLAE AD CORIN.

nobis doctrinæ et somnia humana?

Vide ergo, quid hæc magistra in scripturis dicit, et quid doceat, ut intelligas in Paulo quem dicat cruditum sermonem sive sapientiam uerbi. Quando uerbum dei ualde clarum, quod uidet suis cogitationibus aduersari, negare non audet, quia uidet hanc heretici negationem haberi pro impietate, causatur debere corum aliter intelligi, & incipit fingere & refingere, torquere et retorquere, ut cogat dei uerbum, hoc dicere quod ipsa sentit, atque ita fit ut suscipiantur humana cogitationes pro dei uerbo, hoc est, Satan colitur pro deo, sive error pro ueritate, ut non mireris alii cubi Paulum doctrinas hominum uocare doctrinas demoniorum, & earum doctores Satanæ ministros.

Dicamus uero ista clarius exemplis. Saducci dicunt, qui possunt resurgere defuncti, quorum alij cō-
busti sunt, alij uorati à lupis, alij ab aqua, alij à terra. Saduci
ra absumpti sunt? Quos si urges scripturis Pro-
phetarum, aiunt deum mandasse ut credant Mosi, alios se ignorare, Mosen autem nihil scripsisse de resurrectione mortuorum, si ex eo probaretur carnis resurrectio, se credituros, Quam tamen menti-
antur & nolint recedere à sua cogitatione sive sa-
pientia carnis, que dictat mortuos non posse resur-
gere, declarat historia Euangelica, ubi leguntur ex Moysi per Christum conuicti de errore, et tamen non credidisse.

IN CAPVT PRIMVM.

Arrhi- Arrhius dicit. Scriptura quidem dicit patrem
us. deum & filium deum, sed ille naturalis est, hic uero
adoptatus deus & ascitus in consortium deitatis, non
naturalis deus, sed creatus sive creatura, ita tamen,
ut sit creatus ante alias creature, ut pater per eum
faceret omnia.

Hæc fingens ratio humana uerebatur magnum
periculum, ne scilicet aliter sentientes uideremur
astruere duos deos naturales, & putabat ita com-
mode posse exponi omnes scripturas, que loquuntur
de Christi diuinitate. Illas autem scripturas, que lo-
quuntur de filij & patris æqualitate, torsit magno
negocio ad suas cogitationes, sed frustra, nam uerbū
domini manet in æternum.

Sabel- Sabellius dicit. Nomina quidem tria sunt dei, pa-
lius. ter, filius, spiritus sanctus, sed una persona est, non
tres, sicut tantum una substantia est, quis enim intel-
lectus aliud intelligere posset?

Dona- Donatus subuertens pené totam Aphricam pre-
tus. dicat filium minorem esse patre, et spiritum sanctum
minorem esse filio, illum seruum patris, quia à patre
mittitur, & ei obediens legitur, hunc autem seruum
& patris & filij, quia ab utroq; mitti legitur, Hinc
& rebaptizat eos, qui à catholicis erant baptizati,
asserens baptismum esse nullum, quem suscepserant
credentes æqualitatem sanctæ trinitatis.

Quos omnes si interroges, quare sic torqueant,
quare

EPISTOLAE AD CORIN.

quare sic depravent reclamantes scripturas, quid
queso uere responderint nisi hoc, Nobis ita uidetur,
nulla ratio aliter capere potest, ne forte nos infide-
les irrideant, si docemus absurdum? Hic necessario
coram ratione humana contemnuntur ueri Christia-
ni, afferentes simpliciter ex uerbo dei, quod nemo
intelligere potest, imo cuius contrarium omnes sibi
intelligere uidentur.

Arrbiani antem & alij audiuntur & magnifi-
cantur, non opus est eis querere discipulos, modo im-
pudetes adsint magistri, qui audeant fortiter afferere
ibi tum uidetur sapientia e cœlo cecidisse, & pate-
facta omnia diuinitatis mysteria, quia sua probare
possunt argutis & uerisimilibus & probabilibus
rationibus, dicere possunt magna copia & eruditio-
ne, dicere magno applausu omnium, quia ea dicunt,
que omnes apud se inueniunt, siccirco etiam dicunt
ita, ut suscitent magnam inuidiam & contemptum
illis, qui pie et simpliciter ex uerbo dei docent, quas
credere oportet.

Nonne hic uides eruditum sermonem et uerbi sa-
pientiam siue eminentiam, ubi ratio siue humana sa-
pientia incipit esse uerbi dei magistra? Hic dum in-
terim omnia certa uidentur, nihil certi relinquitur
in scripturis, cogitationes humanae statuuntur, scri-
pturæ depravantur. Sed pergamus.

Valentinus Platonicus afferit Christum ex uir= Valen-
tine tina.

IN CAPVT PRIMVM.

non assumpsisse corpus, sed transisse per eam, quasi per fistulam. Hinc postea dictum filium virginis & hominem, cum tamen habuerit phantasticum corpus id est, apparens, quemadmodū angeli leguntur cum corporibus apparuisse, non enim decuisse Christum, ut se sordibus nostris immisceret.

Apollinaris.

Apollinaris autem afferit Christum habuisse quidem uerum corpus humanum, sed sine anima humana, diuinitatem uero fuisse in eo loco animæ, iccirco mirabilia faciebat diuinitas per illud corpus, quod in cruce reliquit, in quod rursus intravit & subiuxit in cœlum. Corpus itaq; factum Christum, non hominem docuit. Scripturam autem nonnunquam cū hominem appellare, quia talis apparuit, secundum illud, habitu inuentus ut homo &c.

Paulus Samo.

Paulus uero Samosatenus negat Christum semper fuisse, sed à Maria dicit sumpsisse exordium, quid enim inquit est aut esse potest, antequam nascitur?

Mahometes.

Mahumetus dicit Christum, ubi cum capere uolemetes, bant Iudæi, raptum in cœlum, & alium, qui erat ei similis facie, captum pro eo & crucifixum, non enim fas fuisse, tam magnum tamq; sanctum Prophetam, qui ex uirgine natus erat, uel mori uel tam turpiter in cruce mori.

Nonne hæc omnia plausibiliter dicuntur, maxime illa que putantur ex scripturis defendi? Sed satis hæc exempla diximus, de sapientia humana erga dum et Chri-

EPISTOLAE ADCORIN.

Christum, dicamus & exempla de iusticia humana, Inſtici= quam nobis illa ſapientia fingit, nā hic propius uide= aria et bimus eruditum ſermonem, quem ut impium r. iſcit doctri= Paulus. na.

Pſeudoapostoli aiunt, Non potest fieri ut ſola fide Pſeu= iuſtificantur homines, Impium eſt dicere, quod per doapo= legis opera non iuſtificamur, legem enim mandauit ſtoli= dens, quæ ſi contempta fuerit, quid aliud reſtat quam adulteria, periuria, &c? Inſuper ſi gentes hactenū habuerunt impias ceremonias, recte nunc conuerſe debent habere ceremonias à deo iuſtitutas cultum illum Mosaicum, & ſi ab hoc poſſunt eſſe liberæ gentes, tamen non poſſunt eſſe liberæ à circumciſi= one patrū, quæ cœpit ab Abraham, quando adhuc lex Moſis lata non erat, Paulus iuſte pereſecutionem à iudeis patitur, quia prohibet circumciſionem, quam etiam ſummi Apoſtoli Hieroſolymis ſeruant. Stultum & impium fuerit, propter illud pati, quod pie face= re debes.

Et non uidentiſtulti, quam ipsi deſipiant, ſic iuſ= rentes, Si lex non iuſtificat, lex eſt contemnenda, Itē Quia datae ſunt ceremoniæ Moſis Iudeis, ergo gentes eadē obſeruare debent. Item, Apoſtoli non prohibent circumciſionem, ſed circumcidunt Hieroſolymis, ergo circumciſio neceſſaria eſt ad ſalutem, & debet ut neceſſaria prædicari, Nonne hæc magna ſtulticia eſt ſapienſis rationis contra Euangelium?

Pharifei vero uidentes non ſeruari legem dei, Phariſei
C multæ ſei.

IN CAPVT PRIMVM.

multas leges humanas a se inuentas addunt, & co-
gunt ad earum obseruationem sub necessitate salutis.
Hic hic sc tandem inuenisse modum autumant, quo
ornent populum dei, currentq; multa bona opera &
merita coram deo, Hæc nonne honesta sunt, pulchra,
pia, iecirco & necessaria ad salutem? Sic enim ei-
uidetur, Sed stultus factus est omnis homo, à sapien-
tia sua, nisi non stultum sit & ridiculum, si leuare
uolens a sinu saccis oneratum, addideris ei plures
saccos.

Lege dei grauamur, ut opus sit redemptore, illi
autem nō redemptore, sed pluribus legibus opus esse
censem, Esto quædam sine honesta, & pro tempore
etiam necessaria, ad usum præsentis uitæ, propter il-
los quibus legibus opus est, non tamen sequitur esse
talia iter in cœlum, Iecirco impietas sunt, si pro u-
sticia dei suscipiuntur.

Liberi Cun his bene conuenit Philosophia illa pseudo-
arbi. Christianorum, quæ librum arbitrium afferit, quod
affer- uocabulum ubi receptum est à Christianis, subuersum
tores. est Euangelium Christi, & data est ansa Pelagianis
tempore Augustini, ut dicarent hominem absq; spe-
Pela- ciali dei gratia per liberum arbitrium posse saluari,
giani. sufficere enim solam voluntatem humanam ad om-
nia dei mandata perficienda, Et interim non uide-
Augu- bant se negare Christum.

stinus Hic Augustinus, quia ante istum errorcm inuul-
recan- gatum, quædam scripserat pro libero arbitrio, reuo-
tauit.

EPISTOLAE AD CORIN.

auit siue recantauit in libris retraccionum, quod in= caute dixerat, Et quia ante sic dixerat, ut posset ex uerbis eius incaute dictis, negari gratia et statui li= berum arbitrium, postea sic scripsit de libero arbitrio, ut negari gratta non posset, solum autem liberū arbitrium in periculo negationis maneret, si quis im= pugnare uellet, ut uidere licet in libro de natura et gratia.

Porro ex pseudo apostolis, phariscis et pelagia= Papi- nis conflatum est quicquid in doctrina Papistica re- stica pugnat Euangelio Christi, Sola haec uerba retinuimus doctri sacri Euāgelij, gratia, misericordia, remissio peccata= na de torum, Christus sanguis Christi, Christus mortuus ē iusticia pro peccatis nostris et ceterum rem ipsam nostris est col conatibus, meritis, iusticijs, operibus, satisfactioni= bus tribuimus, neq; solum legem dei prædicauimus pseudo iustificare, sed etiam leges humanas supra dei legem aposto extulimus, ut non licuerit ne cogitare quidem de lorum Euangelio siue de iusticia uera, quæ dei est, per Ihe= scorū sum Christum dominum nostrum.

Hinc et hodie cogimur audire eruditum sermo= Pelagi nem siue eminentiam sermonis, ex pseudo apostolica anorū. sapientia prolatum, contra Euangelium et sanguinem Ihesu Christi, Vide ne seducaris, aut ne contemnas, quasi seduci non possis. Si Corinthij, qui tanta miracula dei uiderant, qui in Christum crediderant, qui tanta spiritus dona acceperant, ab ista sapientia

IN CAPVT PRIMVM.

tuti esse non potuerunt sed suscepserunt eam contēpta prædicatione crucis, quam ex Paulo audierant, & cui spiritus in eorum cordibus testimonium dederat, quid tu, nisi te deus ab his laruis conseruet, præsumis.

Eruditio illa humana siue sapientia sermonis obiecti tibi præscriptionem longi temporis, exemplum sanctorum, autoritatem patrum, tortam scripturam & male citatam, uerisimilia & preterea argumenta rationis hæc & his similia. Si nostra iusticia nihil est, ergo nihil faciemus boni, & si iniusticia nostra iusticiam dei commendat, ergo, ut aiunt Rom. 3. faciamus mala ut ueniant bona. Ita multiplicabuntur omnia mala, omnis honestas peribit, neq; deum neq; homines uerebuntur, qui istam doctrinam suscep- rint, tam stultam, tam impiam, nempe quæ dānat iu- sticiam nostram, siue omnia bona nostra.

Quanta absurdia & inconuenientia hic colliget- ratio siue sapientia humana, dum interim non po- test suscipere uerbum dei, ex quibus certo certius persuadere conabitur, hanc doctrinam non à deo sed hæreticam esse & à Satana, qui enim potest esse dei, quæ damnat & prohibet omnia bona?

Tales blasphemias & mendacia interim cogitur ferre Euangeliū gloriæ dei, à stulta sapientia ho- mirum, quæ adeo cæca est, ut non uideat quod irri- det seipsum. Nam stultissime colligit, Iſti damnant
ex suo

EPISTOLAE AD CORIN.

ex suo Euangelio omnem iusticiam humanam, ergo probant omnem iniusticiam, hoc putat necessario sequi, talia enim videmus in libris corum, qui contra nos scribunt.

Sed si ipsa ratio aliquid rationis haberet, sic potius inferret. Si isti damnant ex suo Euangelio omnem iusticiam humanam, multo magis damnant iniusticiam humanam. Si enim quae bona iudicamus, mala sunt coram deo, ipsa quae uitia & peccata iudicamus, magis detestanda erunt, unde sequitur omnia humana esse nihil ad salutem, desperandum igitur de nobis. Huic argumentationi responderet ita Euangeliū. Hoc scilicet uolebam, ut solus deus iustus sit et glorificetur, non homines aut quae sunt hominum. Nonne iustum & sanctum est & pium, ut glorificetur solum nomen dei & magnificetur ciuius misericordia?

Sed ipsa potius, dum non potest sece ad hanc cogitationem demittere, ubi haec audit incipit sic contra deum insanire. Si nostrae uires nihil sunt, si nihil possumus ad salutem, si non est uolentis neque currentis, sed solius dei miserentis, ergo deus iniuste condemnat impios, quid enim imputabitur illi, qui nihil potuit ad salutem? quis unquam accusauit claudum, quod saltare non potuit?

Cur hic ratio accusans dei iudicium, non etiam accusat dei misericordiam, quod saluat immeritos, Nam in his maior species est iniusticia dei, quam in illis,

IN CAPVT PRIMVM.

illis, illos enim merito damnat, quia impij sunt, hos autem sive merito saluat, ex impietate receptos, ut uides in rebus dei rationem semper habere iudicium peruersum, Huic itaque respondet Paulus. O homo, tu quis es qui respondeas deo &c.

Tandem ista impia cogitatio ingreditur in scripturas sanctas, egregie ignorans, quod lex est cognitio peccati & paedagogus in Christum, Scriptura (inquit) dicit, Dilige, conuertimini, fac bonū etc. id quod non dicceret, nisi haec possemus facere, nisi haberemus libertatem ad faciendum & ad non faciendum, alioqui unde sumeret homo initia meritorum? Ita necesse est querere merita, illis qui gratiam dei ignorant, quasi uero tu pauper, qui etiam obolo ceges, propterea sis soluendo, quia tibi dicitur a iudice uel coram iudice, Tu debes centum milia numum? Hic scilicet sumes tibi animum ut sentias, non mihi diceretur, Debés, nisi ego soluere possem, Ergo illi seruo Matt. 18. frustra & ridicule diceretur, Redde quod debes, nisi ipse reddere posset, ita irridet ratio seipsum, ignara iusticiæ dei siue gratiae & remissionis pecatorum,

Sacra- Quis piorum non cum dolore uidet hodie, quam rationentur Sacramentarij contra simplex & manifestum uerbū Christi, Aliunt enim. Si panis est corpus Christi, ergo panis fuisset pro nobis crucifixus. Stulta ratio, non uides post illa Christi uerba, Hoc est corpus

EPSTOLAE AD CORIN.

corpus meum, adhuc in cena assidere corpus Christi
quod potest crucifigi, ut non sit necesse panem cru-
cifigi? et tamen interim necesse est panem esse cor-
pus Christi, quia ueritas mentiri non potest, ut cunq;
tu bona ratio pro tuo more sentias non solum contra
hunc, sed etiam contra omnes fidici articulos, tuis
blasphemis non auertes pios a ueritate, satis constat
ex institutione Christi & ex uerbis Pauli, panem do-
mini esse corpus domini, a certo uerbo Christi, cui
credere oportet, ad tua incerta somnia non defici-
emus.

Sed ait. Si hoc uerum est, habetis deum impa-
tum, a pistore pistum, digestibilem, taceo reliquas
blasphemias, quasi dicamus dcum esse panem factum,
quemadmodum fides fatetur dcum incarnatum siue
carnem factum, ita tamen ut deus manserit, et non po-
tius cum Christo dicamus, panem esse factum corpus
Christi, & impium esse, ut uerbo Christi somnia ra-
tionis humanae opponamus.

An aiunt, quilibet nebulo, scortator, adulter,
ebriosus, auarus posset uobis facere corpus Christi?
quasi scilicet hoc dicamus, quin addimus, ne sanctissi-
num quidem aliquem posse nobis facere corpus Chri-
sti, tantum abest ut rasuras & unctiones papisticas
moremur. Nisi enim hic institutio Christi faceret no-
bis corpus Christi, nemo faceret, etiam si sanctius
esset aliquis ut Ioannes baptista. Siquidem nobis ma-
davit, non ut faciamus suum corpus, sed ut corpus
suum

IN CAPVT PRIMVM.

suum edamus, fides hic habet quod ex uerbo instituentis Christi credit.

At ait. Nulla ratio, nullus sensus communis hæc capere potest, repugnat hoc iudicio omnium hominum, deus scilicet tam graui articulo qui credi non potest nos grauaret: in his ualde candide loquitur, sed habeat hæc sibi.

Addit uero, Repugnant scripturæ, Quæ o bona magistra: an non omnis scriptura dicit credendum esse Christo: ubi tu legisti aliquam scripturam, quæ uere coram dco & fide pugnet cum uerbo Christi? Christus dicit, Caro nō prodest quicquam, quasi uero Christus dicat, Caro mea non prodest quicquam, Vester panis & uinum uobis prosunt, & nostrum Sacramentum fide acceptum, non prodest quicquam.

At Christi corpus sedet in dextera dei patris, ergo non est hie, Dic mea quæso ratio, ubi est dextera dei patris? Rursum dic, num ideo non posse esse uerum, quod Christus dicit panem esse suum corpus, quia ipse sedet in dextera patris, id est, regnat ibi ubique; regnat patris dextera, an non magis conveniat hoc inuertere, nempe propterea esse uerum, quia ipse sedet in dextera patris, non posse autem esse uerum, si ipse in dextera patris non federet?

Sed ait, Christus prædixit uenturos seductores, qui dicerebant, Ecce hic, ecce illic Christus, quod proprie dictum est de nostro Sacramento. Quibus tibi hoc

EPISTOLAE ADCORIN.

hoc dixit Mihi inquit sic uidetur. Audi mea ratio,
Si Christus diceret panem esse suum corpus, an non
caset Christo credendum, ut maxime non sit creden-
dum seductoribus? Tibi ne Christus unus ex seducto-
ribus factus est, quibus credendum non est? Vides
itaq; hunc locum non facere contra nostrum Sacra-
mentum, nisi prius facias Christum unum ex seducto-
ribus, quibus credendum non est. Nihil hic fingimus
ut seductores, sed Christum audimus, An non summa
stulticia est ex hoc loco sic inferre, Seductores non
sunt audiendi, ergo Christi uerbum non est uerum?

Sed cesso, ne ista prolixitate molestus sim, Puto Sapi-
iam satis notum esse, quam Paulus dicat eminentiam entia
sermonis siue persuasoria humanae sapientiae uerba, sermo-
nempe quando que Philosophica sunt & ex legibus nis.
humanis, permiscemus scripturis sanctis & sacro
Christi Euangelio, atq; adeo quando etiam legem dei
nostro iudicio, id est, secundum pharisaicam iustiti-
am interpretamur, unde flatim usus crucis Christi si-
ue ipsum Euangelium obscuratur et solo nomine ma-
net Euangelium, quemadmodum Galatis scribit, No
potest esse aliud Euangelium, quam quod prædicau-
mus, sed sunt quidam qui turbant uos, & uolunt in-
uertere Euangelium Christi.

Ill.i enim que innixi iudicio rationis addimus,
uale de arrident, & efficiunt ut Euangelium siue
crux Christi stulticia videatur. Hinc sit tan-
dem ut solo nomine Euangelij nobis relicto solo

IN CAPUT PRIMVM.

etiam nomine tantū simus Christiani, Probabilitate enim sermonis & specie sapientiae decepti, resipiscere non possumus, & quicquid contra hanc gloriam rationis, & tam speciosam, probabilem & rationi expositam sapientiam ex uerbo dei productum fuerit, hereticum iudicamus.

Igitur orandus deus, ut in simplicitate sanæ doctrina Euangeli domini nostri Ihesu Christi permaneamus, ne seducamur ut Eua, quemadmodum Paulus dicit. 2. Cor. 11. Nihil suscipiamus necessarium ad salutem præter uerbum dei, & quicquid repugnare uisum fuerit, utcunq; probabile, sapiens, copiosum, sanctum & ex scripturis fucatum, si primo intuitu reiijcere non potes, quis enim non tentatur ab ista insipiente sapientia? tamen suspectum tibi sit, & faciet deus, ut in uerbo suo habitare tibi liceat secure et confidenter, quemadmodum Prophetæ dixit.

CRUX CHRISTI SIVE SCANDALUM crucis.

Restat nunc ut etiā dicamus, quæ sit crux Christi, de qua dieit, Ne manus reddatur crux Christi, id quod faciemus ex collatione eorum quæ infra dicit, quem admodum de eruditio sermone fecimus, ne dubitus de qua cruce dicat.

Nam quod crucem Christi dixit, statim dicit Sermonem crucis, item Stulticiam prædicationis, imbecillitatem dei, stulticiam dei, sermones quos docet spiritus

EPISTOLAE AD CORIN.

spiritus sanctus, Ex quibus certo certius est, crucem hic dici prædicationem Euangelijs, quod crux est carni, quia prædicat contra omnem mundi sapientiam, gloriam, iusticiam, ut abnegemus nos metipsoſ & tollamus crucem nostram, id est, damnatis omnibus que nostra sunt, fūſcipiamus ſolius dei uoluntatem, ſequentes quoquāq; ipſe uoluerit per ignem, per aquam, per infamiam, per mortem.

Nulla Carthusianorum crux huic eſt comparanda, hanc prædicat Euangeliū, aliam crucem ignorat, de qua eſt in Psalmo. Quid inquit, retribuam domino, pro omnibus que retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam & nomen domini inuocabo, de qua et infra Paulus, Qui uoluerit eſſe sapiens, ſtultus fiat ut ſit sapiens, Iſtum calicē, ſcilicet ut homo ſtultus fiat, abhorret natura, ſed eſt calix ſalutis & ſapientia coram deo.

Si adhuc dubitas de cruce, nē pe prædicationē eſſe crucis ſiue Euāgeliij, quid clarius eo quod dicit, Nos prædicamus Christum crucifixum &c, & rurſum, Non iudicaui me quicquam ſcire inter uos, niſi Christum, et hunc crucifixum?

Hanc prædicationem, licet corā mundo ſtultam, dicit credentibus eſſe dei uirtutem, ſapientiam, iuſticiam, fortitudinem, & oſtentationem ſpiritū, quippe quam & dicit à ſpiritu sancto proficiſci, & per ſpiritum sanctum tantū intelligi, cum interim qui eminentiam sermonis, de quo ſupra diximus, ſequuntur,

D tantiū

IN CAPVT PRIMVM.

tamen agantur spiritu huius mundi et suis cogitationibus.

Hinc predicatoris huius crucis et discipulos, qui predicationi huic credunt, vocat Spirituales homines, id est, spiritu sancto eruditos, ut possint intelligere quae dei sunt, quae animales homines sua sapientia et spiritu humano intelligere non possunt. Unde et dicit. Nobis per spiritum suum reuelavit deus, item, nos mentem Christi tenemus, item, Nos non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quae a deo donata sunt nobis, quae et loquimur, non sermonibus quos docet humana sapientia, sed quos docet spiritus sanctus, spiritualibus spiritualia comparantes.

Mundus docet persuasorijs humanæ sapientiae uerbis, probabiliter et copiose et cum plausu discipulorum, quem admodum Ioannes dicit, de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, et mundus eos audit. Sermoni autem crucis docet per spiritum sanctum, Ergo ibi est apparenſ sapientia et dubia, hic autem uera et certa, ibi nunquam uere certificantur conscientiae, ut possint in temptatione, in peccatis siue lapsu, et in morte consistere. Hic autem per Christum agnoscunt dicum esse patrem suum, sentiunt remissionem peccatorum, se deo esse curae nihil offenduntur, sed gaudent dum sermonem crucis audium, se scilicet esse insipientes, iniustos, nihil ad salutem potentes et damnatos, nihil ex hoc damni sed summa lu-

EPISTOLAE AD CORIN.

era estimantes, quod sciunt quæ in se non habent
multo felicius se habere in Christo filio dei, in cuius
consortium vocati sunt, ipse enim est factus nobis à
deo sapientia, iusticia, potentia, redemptio, ut nemo si-
bi sapiens sit, sed qui gloriatur in domino glorietur,
ut non mireris quod Paulus dicit, sermonem crucis
sive Christum prædicatum, esse dei potentiam cre-
dentibus, quemadmodum, & Ro. 1. Euangelium in-
quit est dei potentia in salutem omni credenti, &
hic, Placuit deo per stultitiam prædicationis saluos
facere credentes, Quid hic dicerent qui contēnunt
uerbum externum?

Itaq; quod hic sermonē crucis dicit, Gal. 5. Scan-
dalū crucis dicit, propter infideles, qui inde offendit
duntur etc. et cōtra eos, qui sermone tantū se uendi-
tant, dicit. 1. Tessa. 1. Euangelium nostrum fuit erga
uos non per sermonem solum, uerum etiam per uir-
tutem & per spiritum sanctum, perq; certitudinem
multam, & cap. sequenti. Exhortatio nostra non
fuit ex impostura, neq; ex immundicia, neq; cum do-
lo, sed quemadmodum probati fueramus a deo, ut no-
bis committetur Euangelium, ita loquimur, non ut
hominibus placentes, sed deo qui probat corda no-
stra &c.

Igitur hic crux Christi & sermo crucis, est præ-
dicatio Euangeli Christi, quo condementur omnia
nostra, quæ crux posset esse maiore ut glorificetur
solus deus in Christo Ihesu domino nostro.

IN. CAPVT PRIMVM.

Secta- Iam uero ut scias utrumq; simul esse non posse,
rij à si sapientiam mundi & stulticiam crucis, attende quid
de ali- Paulus dicat. Missus sum Euangelizare, non in sapi-
en- sūt, entia sermonis, ne aboleatur crux Christi. quasi dicit,
ut cūq; si illa adfuerit in Euangelizando, quemadmodum
glori- etiam se Euangelizare dicunt & Euangelijs nomen
entur. prætendunt pseudoapostoli, hæc abolita uel inanis
est. Si hæc abolita est, non adest dei potentia, sapien-
tia, iustitia, redemptio, & per illam tantum inflati
redduntur homines & excæcati, quemadmodum in-
fra dicit ap. 4. Perinde quasi non sim uenturus ad
uos inflati sunt quidam, sed ueniam breui ad uos, si
dominus uoluerit, & cognoscam non sermonem illo-
rum qui inflati sunt, sed potentiam, non enim in ser-
mone regnum est dei, sed in potentia.

Ex his per spicuum est, nos Euangelium Christi
non habuisse, quando Aristotelicam philosophiam si-
ue philosophicam theologiam, pro uerbo dei susce-
pimus, & non prodest nobis, quod dicimus nos Euan-
gelium legisse aut prædicasse.

Dupli- Nam duplex est Euangelijs prædictio, ut hic ui-
citer des, Euangelizant enim pseudoapostoli, sed eruditio
prædi- sermone siue persuasorijs humanæ sapientiæ uerbis,
catur Euangelizant & ueri Apostoli, sed per sermonem
Euan- crucis, sed hic sermo est potentia dei, ille tantum in-
geliū. flatos & inanes reddit homines, & usq; adeo ne-
cessere est illum non admittere ad Euangelium, ut si
additus fuerit aboleatur crux Christi, id est, uerum
Christi

EPISTOLAE AD CORIN.

Christi Euangelium, nam hic Paulus dicit. Si prædicarem crudito sermone, inanis redderetur crux Christi.

Si enim non credis Euangelio, frustra expectat ratio eius demonstrationem. Si autem credis, demonstratione non opus habes, nam habes testimonium spiritus sancti. Ibi ratio querit certitudinem, & fallit atque fallitur, hic autem spiritus sanctus certificat, qui neque fallere neque falli potest, de qua certitudine spiritus alibi saepe Paulus. Hinc fit, ut dum infideles, maxime qui tument sua sapientia & fidunt sua iusticia, non intelligunt Euangelium gloriae dei, gravioriter uel offendantur uel stulticiam iudicent, id quod nunc audiemus.

NAM SERMO CRUCIS. Euangeliū Stulta siue prædicatio de Christo, est sermo crucis, id est, de præspectu & formâ predicatorum, siue in nos siue in deum catio respicias. Carni enim stulticia est, quod deus prædictus Euancatur homo factus, crucifixus, mortuus, portasse peccatum totius mundi, pro quibus adhuc interpellat apud patrem, quod nostra sapientia stulticia est, & iusticia nostra impietas, et quod ubi stulti facti sumus et peccatores persuasione Euangeliū, negligere oportet omnia que mundus querit, opes, uoluptates &c, secundum illud. Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt, cum uitijs & concupiscentijs, preterea contemnere propter Euangelium amicos, parentes, uxorem, filios, possessiones, uitam, item perpetuam.

IN CAPVT PRIMVM.

tuo luctari cum Satana & peccatis.

Hinc nemo, nisi cui deus rcuelauerit per Euangelium, potest suscipere Christum, aut admirari uel unum Christianum, Stulticia enim & formis crucis omnia tecta sunt, ne filii fiant contemptores, & fidelibus innotescat in his medijs inferis potentia dei, qua de re lege totum cap. 53. Esaiæ.

Virtus Dei. Fideles enim norunt, hanc dei, id est, quæ de deo prædicatur stulticiam, hanc dei imbecillitatem, siue hoc Euangelium & sermonem crucis, esse dei potentiam, Hinc enim sentiūt remissionem peccatorū, & certo sciunt se filios esse dei & Satana superiores, utcunq; sepe derelicti non alijs modo sed etiam sibi uideantur, quemadmodum Christus in cruce.

SCRIPTVM EST . - Testimonium est conflatum ex duobus locis Esa. cap. 29. & 33. ubi agitur de abiectione scribarum & aliorum hypocitarum, qui tantū labijs honorant deum, & docent doctrinas ex mandata hominum. Sapientia & intelligentia uera in scripturis quid significant, expressum ita est Hiob. 28. Ecce timor domini est sapientia, et recedere à malo est intelligentia.

Ut scias sapientiam esse cognoscere deum, ut patrem, ut iudicem, idcoq; illum amare & timere & uiuere ad uoluntatem eius, non est maior sapientia Sapien in terris, Haec omnia comprehendit timor dei, id tia. quod latine dicimus cultum dei, ut sit quod Hiob dicit, Timor domini est sapientia, idem quod nos diccremus

EPISTOLAE ADCORIN.

diceremus, Cultus dei est sapientia.

Intelligentia autem est de ijs rebus, in quibus uer= Intelli-
samur in hoc mundo, de qua dicit Hiob, Recedere à genita.
malo est intelligentia, ut habeas quam uocamus di= scretionem, id est, ut scias in quo peccetur & quid
deo placeat, illud caucas, hoc amplectaris, ut de
omnibus rebus etiam externis ex uerbo dei habeas
spirituale iudicium, in quibuscumq; ut uocant, casi= bus &c.

Igitur impij, qui ut non timent deum siue non Ex ma= colunt deum uero cultu, quem ipse suo uerbo nobis la in= præscribit, ita non recedunt à malo id est, ab eo telligē
quod deo displicet, utcumq; si i sapientes et intelli= tia, sur= gentes uideantur, tamen in utroq; errant egregie, git fal= neq; de deo recte sentientes, neq; de rebus & actio= sa sapi= nibus recte iudicantes. entia,

Sua enim statuta urgent, dei negligunt, In cibis & im= faciunt peccata, quos deus creauit ad percipiendum pius cum graciarum actione, Vide quam peruersum cultus hoc sit iudicium, Et ex hac falsa intelligentia assur= dei. gunt ad falsam sapientiam, docentes cultum dei esse sic edere &c. Et quod de esu dico, de omnibus ex= ternis intellige, Ieiunare feria sexta dicunt esse bonum opus, quod tamen non est preceptum, & labore in agro querere uictum, ut etiam habcas un= de tribus necessitatem patienti, non uocant bo= num opus, saltem ut dicunt meritorium, tamen hoc preceptum est, id quod ipsi ualde diligenter

IN CAPVT PRIMVM.

rauent, Ingredi monasterium est eis sanctitas, & no
est eis sanctitas accipere uxorem. &c Quid recte
iudicarent in grauioribus rebus, qui in his tam tur-
piter errant?

Contra quos dicitur Esa. 5. Vae qui dicitis malum
bonum et bonum malum, ponentes tenebras lucem et
lucē tenebras, ponentes amarum in dulce et dulce in
amarum, Vae qui sapientes estis in oculis uestris, &
coram uobis metipsis intelligentes.

Perdā Siue igitur de deo multa dicant, per sapientiam
sapient suam, siue de alijs rebus iudicent, per intelligentiam
tiā etc suam, egregie ut Paulus ait, ignorat de quibus affir-
mant. Ita perdit deus sapientiam sapientium, & in-
telligentiam intelligentium rejicit, Efficit enim suo
iudicio, ut execinati contra seipso sapient & intel-
ligant, seducti & seductores, omnia enim sentiunt,
docent, agunt, primum contra rationem suę salutis,
deinde etiam contra pacem & prosperitatem huius
uite, quemadmodum non solum his iusticiarijs et sa-
pientibus, qui p̄ij sibi uidentur contingit, sed etiam
omnibus suę sapientię innitentibus in toto mundo.

Quando enim deus fauet alicui regno, ut Babylo-
nico, Persico, Iudaico etc. dat per sapientes ibi pro-
spera consilia, quando autem non fauet, dat per illos
sapientes, qui sc̄ estimant sua sapientia et intelligen-
tia sustinere regnum, talia consilia quasi pro regno,
per quę totum regnum uastatur, ita perdit sapien-
tiam

EPISTOLAE AD CORIN.

tiam sapientium, per ipsam ipsorum sapientiam, & intelligentiam intelligentium reijcit, per eam ipsam eorum intelligentia, Quæ maior miseria? Vnde dixit Esaias cap. 19. Sapientes consiliarij Pharaonis dede- runt consilium insipiens &c. quemadmodum & Maria virgo de omni hac Hypocrisi cecinit, Fecit potentiam brachio suo, dispersit superbos per con- filium cordis ipsorum.

Perdit itaq; sic eos deus semper, ut discamus ab ipso expectandam sapientiam & intelligentiam, ne iniuriam nostræ prudentie in malum nostrum, Ma- xime uero perdit eos inuulgato Euangeliō, ut ster- cus sint, qui sibi lux mundi uidebantur.

Sed contra iusticiariam & Hypocriticam sapi- entiam & intelligentiam, nunc est opera præcium uidere locum Esiae, unde Paulus citauit. Recita.

NAM POST QVAM &c.

Mun-

Mundus sua sapientia, id est, per iudicium quod dux p^{re} concipit captus humanus sine spiritu deo, uult suam cognoscere deū in ipsius dei sapientia, id est, magni- sapien- tudinem maiestatis & potentiam eius inuestigare ni- tiā non titur, & quicquid magnum & maiestate in deo ple- potest num est, sed frustra, Nō enim sic acceditur ad deum, cogno- sed potius fugitur ab eo. scere

Primum per errorem uidemur accedere, dum de deū in deo et diuinis rebus multa, ut Philosohi & philoso- sua sa- phici theologi disputationis, item dum iusticijs nostris piëtia.

D s quas

IN CAPVT PRIMVM.

quas ipsi probamus iudicio rationis, putamus nos religiose colere deum, qualia tentarunt quidam gentiles, & Iudei similiter, qui auertebantur a uerbo dei, Deinde per reuclatum peccatum fugimus a deo, ut Iudei iuxta montem Sina fugerunt. Hic tandem uidemus stulticiam esse & peccatum, quicquid iudicio nostro deo somniauimus.

Non uanum quidem fuit, quod magnitudinem & omnipotentiam eius confessi sumus, & quod mundos nos esse in conspectu eius oportere iudicauimus, ideo circa eum colere oportere & a peccatis abstinere, sed uanitas & ipsa impietas fuit, quod ita putabamus, nos eum posse cognoscere & ad eum accedere, quando interim per nos ipsos, id est, per nostram sapientiam & iustitiam presumebamus eum cognoscere, & ad ipsum accedere posse.

Declarat quidem se in creaturis, ut est Ro. 1. sed ut ibidem dicitur, nostra præsumptio nos sub nomine sapientiae & religionis declinat ad impietatem siue idololatriam, Nam quisq; tales deum habet, qualem sibi in corde fudit.

Quia uero maiestate terremur, & nostra iusticia (quia peccatores sumus) peccatum est, restat ut desperatio salutis sit illis, quibus reuelatur peccatum, & nihilominus in damnatione sint, quibus non dum est reuelatum peccatum, quia in errore sunt, putantes se recte sapere de deo & de cultu dei, misertus est deus nostri, & misit nobis stultam prædicationem
per

EPISTOLAE AD CORIN.

per quam saluemur credentes, de qua multis supra diximus, ut quia sapientes sapientem deum cognoscere non potuimus, stulti facti per prædicationē crucis cognoscamus stultum deum, id est, qui talis a mundo estimatur. Ita demum uere sapientes, uere sapientem deum cognoscemus &c. Nam mediatorem suscepimus, in quo placuit deo, ut omnis plenitudo divinitatis habitat, sine quo ad deum accedi non potest, Hic enim factus est nobis a deo iusticia &c.

Credentes dicit, quia Euangelium auditum non Caro prodest illis qui non credunt, non enim intelligere non possunt, quemadmodum uides Ioan. 6. ubi Christus dicit, Caro non prodest quicquam, spiritus est qui uiuificat, q. dicat. In carne estis, uestras cogitationes de qua, mea prædicatione sequimini, non potestis ita uenire ad locus mei, ad spiritum non acceditis, ut credatis uerbis expressis, ut sitis theodidaktos, credentes uult mea prædictus. catio, non disputatores uel disceptatores, est enim spiritus & uita, ideo sine spiritu non capit, id quod ibi addit. Sunt inquit quidam ex uobis, qui non credunt, Et Ioannes declarat idem dicens. Nouerat enim ab initio Ihesus, qui essent non credentes et quis esset proditurus ipsum. Et subdit Ihesus, propterea dixi uobis, quod nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo, id est, nisi fuerit theodidaktos et tractus a patre meo, hoc est, ut uno uerbo dicam, nisi Caro. credat, ut haec uides per totum illic sermonem, si re Spiratio con- tur.

IN CAPVT PRIMVM.

Ette conferas, certe non obscura uerba nisi infideli.

Petrus uero spiritum accepserat ex prædicatione Euangeli Christi, id est, crediderat, id quod certe spiritus sanctus in eo efficerat, non caro eius, id est, non aliqua cogitacio, ut sapiëtia rationis uel doctrina humana, quæ potius contemnit, stultum iudicat, blasphemat Euangelium Christi, ut ibidem uides in illis qui deficiunt a Christo, quemadmodum et hic declarat Paulus. Ait ergo, Domine ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes, Non sic uidebatur alijs in quibus caro blasphemabat sermonem Christi, nō enim erat ibi spiritus uiuificans, id est, per quem crederent ut haberent uitam æternam, uerba quidem uitæ æternæ audiebant, et spiritum ipsum loquentem, sed caro et mors spiritum et uitam admittere non potuit, Prudentia enim carnis mors est, et animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei, stulticia enim sunt illi et intelligere non potest, et rursum, Cum contentiones sint inter uos, nonne homines estis, nonne carnales estis? Vnde aiunt offensi, Durus est hic sermo, quis potest cum audire? Longe profecto diuersū iudicium, Verba uitæ æternæ habes, et durus est hic sermo, sed illud ex spiritu dei, hoc ex carne, id est, homine.

Vide uero quid addat Petrus, ut cognoscas unde nouerit sermonem Christi esse spiritum et uitam, siue uerba uitæ æternæ, Et nos, inquit, credimus et cognouimus, quod tu es Christus filius dei uiui, Nonne ibi

EPISTOLAE AD CORIN.

ibi spiritū audis, ubi audis huius fidei ex corde cōfessionem? Id quod manifeste etiam dicit alibi Christus, eidem Petro eadem confitenti. Caro inquit & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis, & alibi ad patrem, Abscondisti, inquit, hæc a sapientibus & intelligentibus, & reuelasti ea parvulis, et rursum. Patrem nemo nouit nisi filius, et cui uoluerit filius reuelare, et alibi, Spiritus sanctus docebit uos omnia quæcumq; dixi uobis, et testimonium perhibebit de me.

Spiritus itaq; est qui uiuificat, per prædicatum Euangeliū, credere enim nos facit, quod uerba Euāgeliū sunt spiritus & uita, dum interim caro ad hoc negotium non prodest quicquam, sed offenditur & contemnit Euangeliū & Christum, dicens durus est hic sermo &c. ut non mireris, quicquid per tota biblia prædicatur, de potentia fidei Christianæ, et quod iustificat & filios dei facit, quæ est iusticia dei ad quā iusticia carnis non pertingit.

Iusticia enim carnis spem suam ponit brachium carnis, id est, confidit in eo quod ipse homo facere potest, et nunquam potest perficere legem siue præcepta dei, Iusticia autem dei, siue iusticia spiritus, siue iusticia fidei, aut iusticia quæ est per fidem (hæc enim omnia idē sunt) dicit id quod est in psalmo, Spera in dominum & ipse faciet, siue ipse curabit. Quod & alibi sic dicitur, nempe Psal. 22. Venient & præcubunt iusticiam eius populo genito, quod ipse facit.

Facit

IN CAPVT PRIMVM.

Facit autem sic, per Euangelium, iustificat impiū id est, fidem ei donat, per quam remittit peccatum, & facit filios dei & hæredes æternæ uitæ, Interim uero ignoscit, quicquid adhuc carnis molc pressi, aut non facimus aut non recte facimus, & facit ut confitemur Euāgelium et bona faciamus & mala propter iusticiam patiamur. Hæc sunt opera dei in cresentibus, & fructus spiritus siue fructus fidei.

Fructus autem carnis, est contemptus Euangeli et opinionum presumptio, unde sequuntur & illi fructus quos Paulus enumerat Ro.1. et 2. & Gal.5.

**Caro Christi uiuifi-
ca est.** Hec interim libenter dico, contra quosdam qui hodie in eo loco Ioannis facium spiritum quem sibi somniant, intelligentes interim nihil eorum que dicunt, et ignoratos suspendentes, quasi aliquid diuinum quod nunquam auditum sit iam prædicetur, Non uident quoq; quid dominus ibi per totū contextum dicat, & tamen accusat nos, quasi nos contextum nō uideamus.

Si non possent nobiscum ueram illic uerborum intelligere sententiam, & non aliter intelligere quam de carne Christi, quod dictum est, Caro non prodest quicquam, propterea quod in præcedentibus sepe dixit Christus de carne sua (quamuis hic non dicat Caro mea, ut ante, sed simpliciter Caro, & carnem opponat spiritui) ferendum esset si pie interpretarentur, quemadmodū ferimus libenter in sanctis doctribus, quod nonnunquam parum probatis usi sunt testi.

EPISTOLAE AD CORIN.

testimonij, & quod sepe alienam sententiam uerbis
sacris dederunt, quemadmodū quando legis Augusti-
num tractare in Psalmo illud quod legimus, In idip-
sum. &c.

Pia autem interpretatio esset, si cum Augustino
ita connecterent, Caro Christi non prodest sine spiri-
tu uiuificante, adde spiritum uiuificantē, id est, cre-
de, & caro Christi tibi prodest, id est, dat tibi uitam
eternam, Sic enim ait, Caro mea uere est cibus &
sanguis meus uere est potus, qui edit &c, Lege si uis
Augustini uerba, Hic quia per hæc nostrū sacramētū
oppugnant, diceremus eis. Si caro Christi in Sacra-
mento non prodest quicquam absq; spiritu uiuifican-
te (id quod non aliter docemus) certe prodest multū
cum spiritu uiuificante, neq; totus Christus prodest
nobis neq; tota trinitas, nisi adsit nobis spiritus, Quid
enim prodest diabolo, quod deus est deus? Sine fide
enim impossibile est placere deo.

Cum autem producunt inde hereticam senten-
tiam, carnem scilicet Christi simpliciter nō prodesse
quicquam, ut neget Christus per hoc, quicquid antea
dixit de carne sua et sanguine, nō sūt ferēdi, Est enim
Antichristi spiritus qui soluit Ihesum, ut legebatur
etiam tempore Augustini in Epistola Ioannis. cap. 4.
cum tamen Christus manifeste de sua humanitate siue
de carne sua & sanguine dixerit, quod sit uita mun-
di, & nisi manduaueritis carnem filij hominis &
biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam uobis.

Si ca-

IN CAPVT PRIMVM.

Si caro illa & sanguis ille esset solum caro & sanguis, quemadmodū nos sumus, aliquis forte liberius pronunciaret, nibil ea prodeſſe, carnem & sanguinem non posſe uiuificare, & tamen fidelis hoc sustinere non posset, quia Christus dicit suam carnem & suum sanguinem esse uitan credenti. At cum sciamus illam carnem & illum sanguinem deo ita unita, ut separari non possint, quæ impietas est dicere illam carnem non prodeſſe quicquam? qui illam carnem edit & illum sanguinem b̄bit, certe deum ipsū necessario edit & b̄bit, quia complacuit patri, ut ait Paulus, ut inhabitet in Christo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

Sed ut video aiunt, hæc uita quæ per Christum nobis datur, non est ex carne Christi et sanguine, quæ non possunt uiuificare, sed ex diuinitate, quæ sola uiuificat, Respondco. Si sentires aliquid uitæ non ingratus esſes redemptori, quasi uero ad deum ueniamus sine mediatore, ut Iudei sibi somniant, aut quasi mediator noster non sit deus et homo, cum propterea potius uerbum caro factum sit, ut qui à deo abiecti eramus, per carnem eius rediremus ad patrem, in hac carne apprehenderemus deum, quem alioqui nemo apprehendere potest, Nemo enim uenit ad patrem, inquit, nisi per me, Per me, qui sum deus et homo, non solum deus, ut possim mediator esse inter deum & hominem.

Hic tu

EPISTOLAE AD CORIN.

Hic tu dices hominē siue carnem nihil prodeſſe
tibi ne credam an Christo dicenti. Panis quem ego
dabo caro mea est, quam ego dabo pro mundi uita,
Et, niſi manducaueritis carnem filij hominis & bi-
beritis eius sanguinem non habebitis uitam in uobis,
& reliqua?

An non de carne siue humanitate sua loquitur,
ſine qua negat nos habere uitam posſe, id quod apud
te spiritus Antichristi negat? Non de ſimpli carne
aut ſanguine dicit Christus, ſed de carne et ſanguine
ſuo, Emphasis ergo eſt in dictionibus. Mea, meus,
filij hominis, ut Caro mea & ſanguis meus, Mea &
meus inquit qui ſum deus & homo.

Non ergo ſeparabis ab hac uiuificatione carnem
& ſanguinem eius, niſi uelis mediatorem negare &
Christum mendacem facere qui tam claris loquitur
uerbis.

Vis cognoscere deum in ſua maiestate & ſapien-
tia per tuam ſapientiam, relictā int̄ rim iſta carnis
imbecillitate & ſtūticia, quæ uidetur in Christo,
nihil efficies, id quod ſupra dictum eſt. Si autem per
iſtam carnem efficies in qua deus habitat, non dices
carnem Christi non prodeſſe quicquam.

zuin-
glij Ca

Nimium fuit quod nuper zuinglius ſcripsit, Ca- ro &
ro mea uerū eſt cibus, Caro mea, id eſt, mea diuini-peccata-
tis, & ne quis poſſet interpretari eum hoc pietū ori-
B dixiſſe, ginale

IN CAPUT PRIMVM.

dixisse, hac sui glossa egit in eo loco ut ,persuadet carnē Christi nihil prodesse.

Esto uero, quod non putamus, eos esse tam malos ut uelint nobis abolere Christum, tamen quid spiritus eorum querat, ex his uerbis plus satis manifestum est, tametsi ille idem uir iam pridem de peccato originali scribens declararit quanti Christum faciat.

Non
abest
Chri-
stus.

Non abest a fidelibus caro & sanguis Christi, quemadmodum nunc quidam somniant, sed edunt & bibunt utcunq; spiritualiter, id est, insensibiliter p fidem, tamen carnem & sanguinem Christi, unde habent uitam aeternam ut Christus ait, quod & Paulus Ephe.5. sic dicit. Sumus membra corporis Christi ex carne eius & ex ossibus eius, quemadmodum sponsus et sponsa sunt una caro, Et Col.1. Ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium primogenitus ex mortuis &c. Nunquid caput potest abesse a membris aut nunquid carnem & ossa etiam aliquis accipiet pro diuinitate? Verum ex aduersariorum nostrorum uocibus uidemus Christum crucifixum adhuc esse multis scandalum & stulticiam, solis autem credentibus esse dei uirtutem &c.

Hæc ut dicamus tempus hoc malum postulat, nemen omnino parerga tibi uideantur, attende Paulum hic eadem dicere, Placuit inquit deo saluos fecere, quos credentes, per quid per stulticiam predicationis, Mirum uerbum contra illos, qui contemnunt

EPISTOLAE AD CORIN.

nunt extēnum uerbum, docentes quendam spiritum
expectandum ē cœlis, ignorantes per quid spiritus
sanctus detur, nempe per stulticiam prædicationis,
Quid prædicat illa stulta prædictio? Christum cru-
cifixum. An non hic uides carnem Christi?

Hic Christus crucifixus factus est nobis à deo sa-
pientia, iusticia, sanctificatio & redemptio. Hic tu
dices Carnem Christi nihil prodesse? Christi inquam,
qui ita caro est ut & deus quoq; sit, eius caro potest
quod nulla potest, quemadmodum & ad Col. 1 dici-
tur, Reconciliavit nos corpore carnis sue per mor-
tem, ut exhiberet nos sanctos & irreprehensibiles
& inculpatos in conspectu suo.

Omnis itaq; Philosophia sit tibi in stulticia præ-
dicationis, id est, in Euangeliō quod prædicat Chri-
stum crucifixum, factum nobis à deo sapientiam, iu-
sticiam, sanctificationem, redemptionem, Gratias age
deo, qui ita nobis consuluit, & crede in eum quem
ille misit, ut per stulticiam prædicationis salutem ha-
beas æternam. Non credentibus autem nihil ualeat ad
salutem, sed sunt immundi, & ad omne opus bonū
reprobi.

Virtus itaq; & efficacia fidei prædicta est hoc
uerbo Pauli, Placuit deo per stulticiam prædicio-
nis saluos facere credentes, Caro autem non potest
non offendere & stulticiam iudicare Euangeliū glo-
riæ dei, id quod hic statim subditur.

IN CAPVT PRIMVM.

Iudei.

QVANDOQ VIDEM ET IV=
dēi &c.

Iudei uano & literali legis intellectu, & preterea
humanis traditionibus & superstitionibus excœati,
Euangelio quod prædicat Christum crucifixum, cre= =
dere non possunt, sed dicunt, Si uideremus signum
aliquid crederemus, atq; ita deum tentant. Signum
uero postulant non uulgare quod posset ratio & sa= =
pientia humana calumniari, sed gloriosum è cœlis,
ut est in Euangelio, ubi reliqua Christi miracula co=

Græci temnunt & postulant signum è cœlis. Græci autem,
quia nihil mirantur nisi quod splendide, plausibili= =
ter, sapienter & grauibus argumentis persuaderi
potest, Euangelio credere non possunt, non enim hic
uidere licet illam sapientiam quam ipsi querunt.

Neutri ergo credere uolunt, sed potius nihil su= =
scipere præterquam quod oculis, auribus & ratio= =
ne iudicare possunt, Experiri uolunt, credere non
uolunt, Crederc autem est honorem dare deo quod
ipse mendax non est, et iccirco fidere eius uerbis.

Porro sub istis duobus nominibus, id est, Iudeis &
Noſt= Græcis ſiue gentibus, tunc comprehendebantur om̄
nis ui= nes homines, Ergo Paulus hic ſignificat nullū homi= =
ribus nem credere poſſe ſuis uiribus, id quod etiam claris
crede= uerbis dicit Ephe.1. Qui credimus ſecundum po= =
re non tentiam &c. & infra dicit sermonem crucis doceri
poſſu= à ſpiritu sancto, id quod ſupra diximus.

Nomine Iudeorum nunc intellige omnes ſuperſti= =
tiosos,

EPISTOLAE AD CORIN.

tiosos, sanctulos siue iusticiarios, Nomine uero Græ-
corum omnes qui sua cruditione et sapientia tument
contra gloriam Euangelij. Vtriq; mirum etiam nunc
quam resistant Euangeliō et impedianc alios imbe-
cilliores.

N O S A V T E M .

Nos prædicamus quod neq; Iudæi neq; gentes susci-
pere possunt, Prædicamus enim Christum crucifi-
xum, egregium scilicet deum et iudæorum et gen= Chri-
tum, Vbi hic est ille splendor Messiae, qui erat domi suscru-
naturus per totum mundum, ut Iudæi per eum essent cixi-
domini omnium gentium? Non uident hoc signum scandala-
e coelis, audiunt uero prædicationem quod crucifixum.
xus est, et deuicta morte regnat, et aiunt, Crucifi-
xum quidem turpiter uidimus sed regnantem non
uidemus, si uideremus crederemus,

Vbi est mater illa sapientia, quam solam ratio pu-
tat de deo prædicari debere? Non enim potest secū-
dum eam esse deus de quo talis stulticia prædicatur,
quod homo sit et quod crucifixus, et quod ipse sit
hominum iustitia non nostræ uirtutcs morales. Hinc
ista prædicatione scandalizantur Iudæi, quasi non
possit iste esse corum Messias, et Græci stultum iu-
dicant crucifixum aliquem suscipi pro diuina mai-
estate, et omnia humana ita condemnari ut nihil ali-
ud sine quam error et peccatum.

Ex his facile uides quid Paulus infra uelit quando
dicit, Non prædicauimus in persuasibilibus humanæ

IN CAPVT PRIMVM.

Prædi sapientiæ uerbis &c. Talis prædictio apud mun= cato= dum non meretur plausum, honorem, diuitias, sed cō= temptum & ignominiam & damna rerum & cor= rescru poris, crucem enim prædicat, & crucem recipit cis. mercedem.

Ideo de ministro eius non potest dici quod querat sua, cui obueniunt omnia quæ nollet, si gloria dei ita non postularet, Multo melior est conditio pscudo* apostolorum, hæreticorum & sectariorum, qui do= cent ea quibus ratio applaudit, sed ubi ad tempus aplausum est, celerem, ut Petrus ait, acquirunt sibi perditionem, uerbum autem domini manet in æter= num, & gloria manet Christo & Christianis etiam post crucifixionem, illis autem post perditionem perditio æterna.

Vnde inter noscas si hac conscientia agat suum negotium, ut nihil au= inter deat dicere, præter ea que certo seit esse uerbum et predi uoluntatem dei, nihil omittere eorū quæ nouit pro= cato= desse auditoribus, utcunq; saeuat mundus contra ue= res. ritate, Si uero inceperit scriuire prurientibus aur= bus, nebulo est & Satanæ minister, cur non sic di= cam, cum Paulo etiam Satanæ ministri sint, qui le= gem diuinam ex humano capite secundum phari= saicam iusticiam interpretantur? Hanc notam & hoc signum ueri prædictoris Christus sic expre= ssit Ioannis. 7. Qui a semetipso loquitur, gloriam pro=

E PISTOLAE AD CORIN.

Propriam querit, qui autem querit gloriam eius qui
misit ipsum, hic uerax est, et iniusticia in illo non
est, et cap. 3. Ut me docuit pater, ita loqueror.

SED IISDEM VOCATIS.

Vocatos dicit, quos supra dixit vocatos sanctos,
quos deus ipse uocauit per Euangelij prædicationem
quod nos prædicamus, Nos foris omnes uocamus, sed
multi sum uocati, pauci uero electi, quos deus eadē
nostra prædicatione intus uocat, de qua uocatione
Roma. 8. Hos et uocauit et c. His itaq; uocatis, siue
Iudei sint siue Græci uel gentes, iste Christus qui in
crucifixum prædicamus, non est uel offendiculum
uel stultitia, sed quo nihil glorioius ne cogitari
quidem possit, nempe dei potentia ac dei sapientia,
Talem enim eum sentiunt ac credunt ac in tentati=
one experiuntur.

Potentia dei est Christus crucifixus, id est, per Poten=
tiam si credimus in eum, nos deus potentes facit, ut tia dei
supra diximus, ibi, Sermo autem crucis et c. Nulla Chri=
stum maior consolatio et confortatio aduersus pec=
catum, mundum et Satanam, quam quod scimus
illud Pauli. Proprio filio suo non pepercit deus,
sed pro nobis tradidit illum, quomodo non cum
illo nobis omnia donauit? Si deus pro nobis, per
filium suum quem pro nobis tradidit, quis contra nos?

Sapientia uero dei est Christus crucifixus, Sapien
E tia dei hoc Chri-
stus.

IN CAPVT PRIMVM.

hoc est qui crucifixus nobis prædicatur ,id est ,per quem sapientes ,si credimus in eum ,nos deus facit , In isto Christo crucifixo ,agnoscimus quam bene uelit nobis deus ,quam non meminisse iniuratum nostrorum ,breviter quod suult esse pater & nos pro filijs accipit , Si enim diligit necessario filium suum unigenitum ,qui fieret ut nō diligit pro quibus unigenitum suum tradidit in mortem ? Ut enim se agnosceremus patrem ,ex ipso factō paterno nobis uisus est plus diligere nos quam filium suum ,hunc enim damauit ut nos absq; damnatione essemus .

Ita nosse deum esse nobis patrem summa sapientia est ,sed ad hanc sapientiam solum peruenitur p Christum crucifixum siue per stulticiam prædicacionis ,Nam mundus per sapientiam suam non potest cognoscere deum in sua sapientia ut supra dictum , fugit enim peccator sapiente deum ,iustum ,ueracē , sibi in omnibus dissimilem & aduersum , Amplectitur uero ,ubi cœperit uidere stultum deum ,id est , deiectum & pro nobis traditum ,atq; ita per eum fit ipse quod deus est ,id est iustus ,sapientis ,uerax &c.

Ita uident & sciunt ,qui uocatisunt ,illum despetum Christum esse dei potentiam et dei sapientiam . Alij nihil efficiunt contra peccatum ,mortem ,Satanam ,& usq; in suis erroribus & stulticia , id est , ignorantia dei manent ,utcunq; glorientur de sua iustitia & sapientia quam deus non agnoscit ,non enim dei est ? sed humana .

Quam

EPISTOLAE AD CORIN.

QVAM STVL TITIA DEI.

Stulticiam dei & imbecillitatem dei uocat, sermo= Stulti-
nem crucis siue Euangelium, ut supra dictum. Hæc tia est
stulticia dei, ut mundus eam iudicat, que deo præ= sapien-
dicatur, sapientior est omnibus hominibus, id est, tia.
omnes homines sua sapientia hoc non intelligerent
aut intelligi facerent, quod spiritus sanctus docet per
Euangelium, nempe ut cognoscatur nostrum pecca-
tum, id est, infidelitas, nostra imbecillitas, dei iusticia
& bonitas, quod ex sola misericordia ipse est pater
noster, nos eius filij. Ex ista cognitione spirituales
iam facti diiudicamus omnia ut infra cap. 2. dicetur.
Hoc tam abest ut omnes homines ex natura sciant,
ut etiam sua sapientia excæcentur ne scire possint,
Euangelium uero sapientes facit.

Ita etiam hæc imbecillitas, quemadmodum mun= Imbe-
dus imbecillitatem putat, que deo prædicatur, est cillitas
fortior omnibus hominibus, efficit enim quod omnes est for
homines & principes efficere non possunt, nempe titudo
ut pereat peccatum, uincamus carnem, mundum, Sa-
tanam, mortem, habeamus uitam æternam. Nulla est
in mundo tanta potētia, que posset uincere, hoc est,
e conscientia in tempore temptationis ejcere & cō-
temnere uel unum peccatum, que posset resistere
uel uni temptationi, ut non dicam contemnere mortē.
Solo Euangeliō deus uere potentes facit, quod quia
stulticia & imbecillitas uidetur, & condemnat
nostram sapientiam & nostras uires, contemnitur

E s egregie

IN CAPVT PRIMVM.

egregie ab ijs qui sua sapientiae & uiribus fidunt,
Suscipitur uero ab ijs qui sua damnant & quæ dei
sum magnificant, Hinc crux & contemptio nianent
Euangelium, mundo enim gloriosum esse non potest.

VIDETIS ENIM. &c.

Nulla huma-
na effi-
catia
promo-
uit E-
uange-
lium.

Sapien-
tes.

Poten-
tes.

Nobi-
les ue-
re.

Exemplo probat, quam confundat deus mundi sapi-
entiæ & potentiarum, hoc est quam non uelit nos de no-
bis præsumere. Deus enim ut semper, ita & nunc,
in negocio Euangelico illos promouet, quia à sapien-
tia & potentia & nobilitate mundi contemnuntur,
ut Apostolos pescatores & vulgus quod credit Eu-
angelio, de quo aiunt Pharisei, Ioan. 7. Nunquid
aliquis ex principibus aut Phariseis credit in eum?
sed populus qui non nouit legem, id est, scripturam,
maledictus est.

Hos namq; sapientes facit deus sua sapientia, id
est, illuminat corda eorum, ut cognoscant ea que
mundus, cum omnibus suis sapientibus, non nouit, aut
nosse potest, nempe decum & ea que salutis nostra
sunt & libertatis nostre, in conspectu dei.

Hos etiam sua potentia potentes facit, ut possint
contemnere atq; adeo & uincere omnem mundi &
Satanæ potentiam, erigentem se aduersus cognitionem
dei, ut ait Paulus. 2. Cor. 10. Contra hos solos no præ-
ualet peccatum & mors, quæ uinctum tenent alioz
qui totum genus humanum.

Præterea quia qui secundum mundum non sūt
sapientes

EPSTOLAE AD CORIN.

Sapientes aut potentes, solent etiam esse obscuri & ignobiles, deus etiam hos facit claros & nobiles, ut immortalis eorum sit memoria, & apud deum & apud homines, quemadmodum in Psalmo dicitur. In memoria aeterna erit iustus, cum contra de impijs dicatur Psal. 9. Periit memoria eorum cum ipsis, & alibi, Deleantur de libro uiuentium, et cum iustis non scribantur.

Nunc enim nos homines in terris beatos predicamus sanctos Prophetas & predicatores, qui passi sunt propterea quod in nomine domini locuti sunt, ut ait Iacobus ille in Epistola sua, & Christus iubet gaudere, ubi mundus nos contemnit & persequitur, quod nomina nostra scripta sint in celis, Qui non agnoscebantur dum uiuebant, iam sancti predicanter, ideo quod contumeliam pro confessione Euangelij & domini nostri Ihesu Christi passi sunt.

Aliorum uero nomina, qui mundo predicari uel manifeste uel ex insidiis agerentur, Ignobis uel debantur, dum uel manifeste uel ex insidiis agerentur. Euangelij & ueritatis persecutores, aut obliterata sunt aut eum dedecore manent, certe deus non agnoscit, Esto Christiani habeant in ore Decios, Maxentios, Diocletianos, Julianos, Arrhios, Sabellios, Pelagianos &c. tamen hoc non est nomen habere, sed ignominiam, non famam sed infamiam, ut melius sit consultum famae illorum impiorum, quorum nomina cum ipsis interierunt.

Quare igitur deus ita, ex insipientibus facit sapientes,

IN CAPVT PRIMVM.

pientes, ex imbecillibus potentes, ex ignobilibus nobiles? Ut inquit pudefaciat sapientes secundum carnem siue mundum, & omnia quae sibi aliquid uidentur, Contemnit enim deus ista omnia, cum omnibus qui his fidunt, ut sua statuat in iis qui credunt, id est, qui sua sapientia & iusticia diffidentes sola dei misericordia fidunt. Hæc facit quia uult ut de se solo gloriemur, dicit enim Gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meam sculptilibus.

At ait. Tamen quidam etiam sapientes secundum carnem siue mundum, & iusticiarij, & nobiles uocati sunt & facti Christiani, Respondeo, recte, & Paulus hic idem affirmat, quando dicit Non multi &c. significans quosdam ex eorum numero uenisse ad Christum licet non multos, Sed hos tamen oportuit a sua sapientia, iusticia, nobilitate deficere, quod ad opinionem & presumptionem cordis attinet, et hanc stulticiam Christianam amplecti, quemadmodum infra dicitur, Si quis uoluerit esse sapiens, stultus fiat ut sapiescit, secundum illud Christi. Qui uult uenire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam et sequetur me.

E X E O D E M &c. Ex eodem scilicet deo uos estis. Eadem sententia est cum illa Ioa. 1. Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Non male ergo habeat nos quod ignobiles sumus & despiciunt mundo, Nam si nemo negat filios Cæsaris esse nobiles, in sanus

Gloria
nostra
in Chri-
sto.

EPISTOLAE AD CORIN.

Sanus sit oportet qui non uidet maxime nobiles esse filios dei, unde & spiritu patris sui sapientes sunt & potentes.

Porro quod ad hanc gloriam filiorum dei uenimus non nostra præsumptione & iusticia, sic addit. In Christo Iesu uel per Christum Iesum, Et claris uerbis sece interpretatur dicens. Qui factus est nobis à deo &c.

*Hic uidere licet quam magnū sit lucrum Christianis quod nihil sibi arrogant, sc contemnunt, semetip-
sos abnegant, contemnentes humanam iusticiam, nihil innitentes suæ sapientiæ, contra quod iam mundus furit, indigne ferens quod omnia humana damna-
tur in conspectu dei, magnum hoc sibi fore dannū arbitratus. Christiani enim quanto magis uacui à se fiunt tanto magis deo replentur. Relinquunt suam sapientiam quæ coram deo stulticia est, suam iusticiā quæ coram deo peccatum est, intelligentes quod per se non possunt cognoscere deum, quæ est uera sapientia, quod seipso non possunt iustificare, sanctificare, redimere, & accipiunt Christi spiritum quem ipse Christus nobis emeruit, ut simus unum cum ipso, quo fit ut non sapientia humana sed dei, nō iusticia humana sed dei, repleamur.*

*Quid hic quæso passi sumus incommodi abne-
gantes nosipso? Nonne magnum lucrum est reci-
pere pro stercore aurum, pro stulticia sapientiam,
pro peccato iusticiam, breuiter pro humanis & pe-
nituris*

IN CAPVT PRIMVM.

rituris, diuina et æterna? Hic collige ex antithesi illos qui non credunt in Christum non habere ueram sapientiam, iusticiam, sanctificationem, redemptionem, sed stulticiam, peccatum, fordes et impuritates indies auctas, & execrationem laqueosq; æternos.

Christus. Nam Christus factus est nobis, cur ergo desperatus sumus? Factus est inquam nobis à deo, placeat ergo tibi pietas, quod placet deo et gratias age eius liberalitati, quod cum unigenito suo nobis omnia donauit.

Quid ergo factus est nobis Christus à deo? sapientia, id est, ut quam sapientiam in nobis non inuenimus, nempe dei cognitionē, in ipso et per ipsum habeamus.

Christus iustus. Iusticia, id est, ut qui in nobis peccatores sumus, in ipso & per ipsum iusti simus, non imputato propter ipsum nobis peccato.

Christus sanctus. Sanctificatio, quia iustificatis restant peccatorum reliquiae, & indigent ut semper augeatur eis fides, tantum enim iusticiae habent coram deo, quantum habent fidei, Horum ergo sanctificatio & illuminatio est Christus per omnem uitam ipsorum, semper enim orant, Dimitte nobis debita nostra &c. Doce me iustificationes tuas, non humanas, secundum illud Qui sanctus est sanctificetur adhuc.

Christus regens. Deniq; & redemptio est, quia qui illuminantur, sanctificantur, nondum omni periculo deceptio defuncti sunt, donec plene per mortem & futuram resurrectionem absoluantur ab omni Satanae oppugnatione,

EPISTOLAE AD CORIN.

gnatione, tunc enim plene redimentur, qui iam redimi, ut illuminari, ut iustificari, ut sanctificari, cœperunt, Hæc quoq; redemptio nobis Christus est, de qua Roma. 8. Expectantes adoptionem redemptionis corporis nostri, & ap. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius?

Quid hic quæso libero arbitrio relinquatur, aut conatui nostro ex uiribus humanis, ad sa-
stus om-
ludem, ubi omnia & principium & medium & nia no-
consummatio nostræ salutis Christo, non nobis tri- bis, no-
buuntur? Que ratio potuit unquam cogitare de strafū
Christo, nisi cum uerbum dei nobis offeret? Sileat nihil.
itaq; à facie dei omnis caro, ut de solo domino glo-
riemur.

Mundus dum ista non capit persequitur, sua enim sapientia excætatur, illi tantum nouerunt, qui deum & quæ dei sunt, non se & sua glorificare possunt, glorificant autem quibus deus dat, quemadmodum Abraham gloriam dedit deo, credens quæ maxime stulta erant & impossibilia, nempe quod Sara sterilis & nonagenaria habitura esset filium, & quod ex Isaac etiam immolato ipse posset habere post-
ritatem &c.

Hæc igitur omnia quare constituit deus in Chri-
sto? Ut, inquit, qui gloriatur, in domino glorietur, In solo id quod in Hieronimæ capite 9. ita expressum est domi-
Hæc dicit dominus. Non glorietur sapiens in sapi- no glo-
entia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, et riadū.
non

IN CAPVT SECUNDVM.

non glorietur diues in diuitijs suis, sed in hoc glori-
etur qui gloriatur, scire & nosse me, quod ego sum
dominus qui facio misericordiam & iudicium &
iusticiam in terra, Hec enim placent mihi, ait do-
minus.

CAPVT SECUNDVM.



STA cohærent cum præcedenti-
bus, Sicut supra exēplo Corinthio-
rum & aliorum ad Christum con-
uersorum probauit, quam non
probet deus mundi sapientiam &
potentiam, in negocio Euangelico

Expe- aut salutis, ita hic idem agit exemplo suæ prædicati-
rientia- tionis, quasi dicat, Si ego nihil effeci apud uos mea
effica- prædicatione, si non spiritum per eam accepistis, &
tiæ E agnouistis dei patris liberalitatem, unde factum, ut
uange- iam abundetis per Christum in omni sermone &
lij, no- cognitione: ut supra dictum, recte susciperetis pseu-
stri li- do apostolos uerborum & sapientiae iactatores, qui
cet de iam quasi potentes spiritu gloriantur in illis locis
specti. tuti, in quibus ante inuulgatum Euangelium perse-
cutionem passi sumus, id quod tales solent.

Mea autem prædicatio non habuit speciem sapien-
tiae, quia non persuadebat humanis rationibus, & illa
Cor. 3. docebat que non possunt non stulta a mundo iudica-
4.5. ri, Neq; habuit speciem potentiae aut iactantiae, quia
infirmitas mea nota erat, timebam enim ac tremebam
in per-

EPISTOLAE ADCORIN.

In persecutionibus apud uos, ut homo, unde maxime potuisset contemni mea prædictio, quasi deus non adesset trementi ac trepidanti, Tamē tam stulta prædictio ex imbecillis, agnita est à uobis credentibus esse dei sapientia & potentia, Omnia humana præsidia aberant, & stulticia & imbecillitas, quæ apparebant, non allicere homines, sed deterrere potuissent, sed per istam stultam & imbecillem prædicationem spiritus sanctus declarabat sc̄ egregie, & iustus in cordibus uestris, & foris per miracula.

Quare ita? Ne inquit fides uestra sit aliqua persuasio humana, siue ex humana sapientia, sed agnoscatur potius esse potentia dei, Nisi enim deus ad esset prædicationi Euangeliū nullus hominum posset credere in Christum, Vbi autē creditur in Christum, sentitur dei sapientia & dei potentia, conscientiae enim agnoscunt misericordiā dei patris confirmatā super se in eternū, Doctrinis uero humanis, et rationibus, et persuasorijs humanae sapientiae uerbis, & tortis scripturis nullae conscientiae confirmantur, id quod sola potentia dei efficit in cordibus, per stulticiam prædicationis.

Hinc uides qui sint qui glorificant Christū, nempe Gloriantes qui bonas conscientias, de remisso peccato, per ipsū, fidantes in cōspectu dei acceperunt, et per ipsum deo fidunt, Christi alijs utcunq; cū pseudoapostolis et sc̄ctis magna distinctione, cant de Christo et scribāt, tamen Christus somniū est, uel opinio, et peccatorū remissionē uere in se agnoscere non possunt.

P Aducrte

IN SECUNDVM CAPVT.

Experi- Aduerte etiam, quod hoc loco Paulus prouocat
rietas ad experientiam Corinthiorum, ut meminerint quam
Christi non sint iustificati per prædicationem illorum, qui
anorū. uerba & uirtutes iactitant, qui habentur iam sapi-
entes, quando agnoscitur a multis Euangelium,
iam fortes, quando Euangelium non patitur ibi per-
secutionem, sed quod iustificati sint per illam prædi-
cationem Pauli, que a mundo stulticiae fuit condem-
nata, & premebat contemptu & persecutione.
Sic & conscientiam appellat Galatarum dicens. Ex
operibus legis an ex auditu fidei suscepistis spiri-
tum?

Magna stulticia et ingratitudo hominū est, quod
a præsenti beneficio dei deficiunt ad mendacia hu-
mana, que conscientiam ante liberatam rursus illa-
queant, ut dicitur. 2. Pet. 2. id quod nos dicimus etiā
hodie contra nostros sectarios, quibus conscientiae
non sunt cure, modo specie sapientiae & iactantiae,
(quasi fortes animo multa pati possint pro Christo)
se se uenitare possint, uerbi dei egregij corrupto-
res & depravatores.

TESTIMONIVM DEI

Testi- Id est, quod deo prædicatur, siue quod deus ipse
moniu per nostram linguam testificatur in cordibus uestris,
Dei. et miraculis externis, quicmadmodū Ioannes in Epi-
sua. cap. 5. testimonium dei interpretatur.

NON IUDICAVI &c.

Non iactit autem inter uos unde possem magnus haberis,
ut supra

EPISTOLAE AD CORIN.

ut supra dictum, Nos prædicamus Christum crucifixum &c.

Aduerte quod sancti in carne existentes, tremunt quidem in persecutione, sed spiritus adiuuat imbecil. Etiam litatem eorum, ut non negent Christū, neq; negligat sancti uel omittant uel prædicationis uel confessionis mutimēt, nus ubi oportet. Ita deus per infirmitatem nostram sed etc glorificatur, ut Paulus de se dicit. 2. Cor. 12. Porta= Nota= mus enim thesaurum istum iniuasit fictilibus. 2. Cor. 4. Sic & in tremore se fuisse in Asia scribit in principio. 2. Cor. Et ad Petru dominus dicit. Cum senueris, alius te cinget, & ducet quo tu non uis, Hoc dixit, ait Ioannes, significans qua morte esset glorificatus deum, Sed quid de alijs dicam, quando Christus trepidauit in horto, & tamen non deseruit suam uocationem? Timentes adiuuat deus, dum interim præsumentes turpiter cadunt, ut Petrus.

TRACTATVS DE PRAEDICATIO- ne perfectionis & de perfectione.

PORROS APIENTIAM LOQ VIM VR INTER PERFECTOS.

Varie usi sunt hac sententia Pauli. Quidam enim dixerunt Paulum uelle, quod imperfectioribus sit prædicanda Christi humanitas & crux, perfectioribus etiam Christi diuinitas & sublimia mysteria sanctae trinitatis, quam sententiam hinc sēpē accipit Augustinus, Quasi uero Paulus sic prædicarit Chri-

IN CAPVT SECUNDVM.

stum crucifixum, ut non etiam resuscitatum & re-
gnantem, uide infra cap. 15. aut sic hominem Christū,
ut non etiam deum, utcunq; imperfectioribus multis
Corinthijs siue carnalibus Christianis, quemadmodū
eos infra nominat cap. 3.

Nonne scribit Ep:stolam hanc omnibus qui inuo-
canti nomen domini nostri Ihesu Christi & nonne eos
uocatos dicit in consortium filij dei & an non dicit
Christum dei uirtutem ac dei sapientiam esse omni-
bus credentibus, Nonne per hæc Christus dicitur si-
ue prædicatur a Paulo deus? Neq; sanctam trinitatē
tacet, qui prædicat filium dei solo spiritu agnosci, ut
hactenus in Paulo audiuimus & audiemus.

Superbas cogitationes, quas sp̄eculationes uocant,
de incomprehensibili & æterna trinitatis huius ma-
iestate, non moratur fides Christiana, contenta ijs que
sacris literis nobis prodere uoluit deus.

Vides itaq; Paulum etiam Corinthijs prædicasse
Christum deum siue perfectis siue imperfectis. Præ-
dicauit enim Christum esse saluatorem, id quod nul-
lis hominibus non est dicendum, Impia itaq; fuisset
prædicatio, nisi Christum prædicasset deum simul et
hominem, Maledictus enim qui confidit in hominem,
& ponit carnem brachium suum, In illo uero solo
salutem constituit deus, qui sic homo est, ut simul sit
& deus, Non ergo illud sentit hic Paulus, utcunq;
Alij ue Augustinus hac sententia satis commode soleat uti.
ro sic. Alij accipiunt hic illam sententiam certe opti-
mam,

EPISTOLAE AD CORIN.

mam, & in scripturis ualde probatam, & obseruatu
necessarium, quod pro ratione auditorum & tempo= Pro ra
ris, commode & opportune tractandum est uerbum tione
dei, ut fructum faciat, quemadmodū Christus dicit. auditio
Beatus scriuus quem constituit dominus super familia rū ser= suam, ut det illis in tempore tritici mensuram, Vi= mo.
des utrumq; dici, & in tempore, & mensuram pro
cuiusq; modo, Et episcopo dicitur .2. Timo.2. Stude
tcipsum probatum exhibere deo, operarium nō cru= bescendum, recte secantem sermonem ueritatis, se= cantem inquit, quemadmodū secamus panem filijs,
cuiq; pro modo suo, est enim uerbum dei panis &c.

Primum discendus est Christus, ex ipso credito
deinde intelligemus libertatem nostram, Si hoc do=
ctor peruerterit, ut à libertate incipiat, ut maxime
ex uerbo dei dicat, & uitet inutiles questiones, tamē
uulgas abutetur, & libertatem carnis sequetur ad
prædicationis blasphemiam, ut fieri uidemus, quem= admodum etiam multi Corinthij turpiter sequeban= tur carnis libertatē, ubi relictā prædicatione Pau= li alios audire cæperant, ut uidere licet per totam
hanc ferē Epistolam.

Hanc itaq; & hinc sententiam accipiunt dicen= tes, Paulus non prædicat omnia omnibus, sed sapien= tiam loquitur inter perfectos, non sic inter alios, &
uidetur ipse cap. sequenti hanc sententiam confir= mare dicens, Et ego fratres non potui loqui uobis ut
spiritualibus, sed loquendum fuit ut carnalibus, ut

IN CAPVT SECUNDVM.

santibus in Christo, lactis potu uos alui & non cibo,
nondum enim poteratis, imo ne nunc quidem adhuc
potestis, nam adhuc carnales estis &c.

Rectissime quidem dicunt secundum hanc sen-
tentiam, sed quosdam hodie video hac sententia pe-
sime abuti, dum pro sua cupiditate et hypocrisi sta-
tuenda, uolunt dei iusticiā, quae est per fidem in Chri-
Impius stum, non paßim omnibus inuulgari, ut maxime sint
abusus qui libenter audiant ad salutem, sed tantū cam tra-
huius ētari inter sapientes, id est, inter Lucianicos et con-
dicti. temptores hypocritas, ut nemo saluus fiat, dum ipsi
suam salutem contemnunt.

Quibus dicimus, si sermo est de nugis, intermina-
tis & inutilibus questionibus, siue etiam de non ne-
cessarijs atq; adeo de nociuis disputationibus, & so-
phisticis uanitatibus, libenter permittimus ut ipsi
habeant, alijs ignorent, ipsis hæc sint magna sapien-
tia, & ipsi per hæc sint perfecti, quibus Christi sa-
pientia & iusticia siue Christi Euangeliū hærcsis
est, stulticia & scandalum, & hæretici qui Euange-
liū confitentur.

Si autem sermo est dc articulis ad salutem neces-
sarijs, unde ueritas dei & errores humani cognoscā-
tur, non est hoc alijs dicendum, alijs tacendum, sed
modus & distributio non diuersæ doctrinæ sed eius-
dem, fiat a prudente doctore, pro captu auditorum,
ut supra dictum, Id quod hic uides in Paulo, Predi-
cat Christum crucifixum, & ita prædicat ut sit fili-
us dei,

EPISTOLAE AD CORIN.

us dci, in cuius consortium vocemur, qui factus sit hominibus a deo patre, ut sit nostra sapientia, iustitia, sanctificatio, redemptio, ut in solo domino glorierur. Si Christianus es, dic mihi aliquam maiorem sapientiam? Et tamen hanc sapientiam nunquid Paulus prædicat solis perfectis?

Donemus interim ut intelligant perfectos suo mo-
re, Nonne dicit se prædicasse Christum crucifixum,
non solum credentibus, sed etiam incredulis Iudeis
& gentibus? Neq; uero carnalibus discipulis, hoc
est, illis qui statim iusticiam dei in Christo plene in-
telligere non potuerunt, sed doceri per Euangelium
cæperunt, quales Christus & ecclesia libenter fo-
uent in sinu ut parvulos, donec grandescant cogni-
tione Christi, ut dicitur Ephe. 4. neq; inquam his car-
nalibus discipulis aliud prædicauerat, quam Christū
Ihesum, quia his infra dicit, Fundamentum aliud ne-
mo potest ponere, præter id quod positum est, quod
est Christus Iesus, ut sapiens architectus ego funda-
mentum posui &c.

Igitur si prædicauit Christum crucifixum omnibus, & hic est dei sapientia, quemadmodum dicit, quare ait, Sapientiam loquimur inter perfectos, cū tamen carnales Christiani siue discipuli perfecti non sint sed parvuli, multo minus increduli contemptores siue Iudei siue Græcis

Respondeo, Omnibus quidem prædicauit eundem Christum crucifixum, & hunc esse nobis dei sapien-

IN CAPVT SECUNDVM.

tiam & iustiam, licet carnalibus discipulis humiliis, ut pro temporis ratione capere potuerunt, donec perfectius intelligerent, quæ a deo in Christo donata sunt nobis, quemadmodum quando dicit Ro-
4. Christus mortuus est pro peccatis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostri, ualde simpliciter dicit, id quod nullis Christianis non est dicendum, si autem addas reliqua illius Epistole, & quæ in alijs dicit, maxime Ephe.1. Col.1. & illa que scribuntur ad Hebreos de Christi pontificatu, plane nō erit aliud quā quod simpliciter rudibus adhuc in Christo dictum est, sed sublimius dicetur & clarius illis qui creuerunt, qui perfecti sunt, qui iam exercitatos habent sensus ad solidum cibum, ut dicitur in Epistola ad Heb. id est, qui profecerunt in Christo, ut possint & ipsi consolari fratres tentatos, sublimius intelligentes iustiam dei in Christo, ut cunq; nemo satis intelligere possit in hac uita, Omnibus quidem inquam prædicauit eundem Christum, & in Christo dei sapientiam, sed non omnes ut sapientiam accipiiebant.

Senten^a Est itaq; hic simplicissima & clarissima sententia huius, ut ex precedentibus & sequentibus notum est.
ius lo-
ci. Dum prædicamus Christum crucifixum, loquimur certe sapientiam, sed inter perfectos, hi enim intel-
ligunt hanc esse sapientiam, & præ hac omnē mundi sapientiam & iustiam contemnunt ut stercora, quemadmodum Paulus de se fatetur. Pbil.3. Inter in-
fideles

EPISTOLAE AD CORIN.

fideles autem, dum prædicamus eundem Christum crucifixum, non loquimur sapientiam, non quidem quod ad prædicatores attinet, sed quod ad auditores, Hi enim non intelligentes, non habent hanc prædicationem sive hunc Christum crucifixum qui prædicitur, pro sapientia, sed pro stulticia & impietate.

Quam sententiam ne quid dubites supra ita expressit, Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudeis scandalum, gentibus stulticiam, sed ipsam uocatis Iudeis pariter & Græcis, Christum dei potentiam ac dei sapientiam, quos ibi uocatos dixit, hic dicit perfectos, licet non omnes uocati statim perfecti sint, id quod infra dicemus, Et exponit se Paulus de qua sapientia se dicat loqui inter perfectos, dicens, Sapientiam autem non huius saeculi &c. id quod infra declarabimus.

Igitur non est ea sententia hic Pauli. Aliud alijs dicimus, Christum crucifixum prædicamus rudibus, alijs non Christum crucifixum sed aliud, sed potius hæc est sententia, eundem Christum crucifixum prædicamus omnibus esse, per quem solum remittantur peccata & salutem eternam consequamur, licet hoc ipsum prædicemus alijs humilius, alijs sublimius, illis ut crescant in Christo, his quia iam creuerunt, & hanc dei sapientiam esse certo intelligunt, interim hoc increduli audientes non iudicant nos loqui sapientiam, sed summa stulticiam & impietatem, Inter

F 5 hos

IN CAPVT SECUNDVM.

hos ergo sapientiam non loquimur, & tamen eadem audiunt quæ perfecti, inter quos loquimur sapientia.

Sic etiam interpretati sunt hæc uerba Pauli diuinus Ambrosius & Vulgarius, non enim aliter debuerunt, & Augustinus data opera tractat ea dignissime multis uerbis, in Ioannem scribens tractatu nonagesimo octauo, ubi proponit questionem, utrum spirituales aliquid habeant in doctrina, quod carnis taceant & spiritualibus dicant, Ad illum locum Augustini iam remitto, si quis legere uoluerit.

Perfec- Perfectos dicit, credentes quidem sed tamen tales
ti. qui iam creuerunt & adoluerunt in Christi cognitione, pergentes ad mensuram ætatis plenæ adultæ Christi &c. ut dicitur Ephe. 4. qui suam iam perfecte norunt in Christo libertatem. Et claris uerbis Paulus Phil. 3. expressit, qui in scripturis dicantur perfecti, ne hic sequamur somnia iusticiariorum monachorum, qui se in statu perfectionis esse gloriantur, ualde suaves homines, quos ne Christianos quidem agnoscit Paulus in eo loco, nisi suas iusticias discant ut stercore contumere, & soli iusticie fidere que est ex fide Ihesu Christi.

Sic uero ait. Quotquot perfecti sumus hoc sentimus, & si quid aliter sentitis, hoc quoque uobis deus reuelabit, id est, non permittet uos deus in errore, sed reuelabit uobis ut uideatis quod non dum perfecte sensistis. Quia uero dicit perfectos debere sentire hoc quod ipse dixit, uideamus quid ante haec uerba dixerit.

Si in-

EPISTOLAE AD CORIN.

Si, inquit, quisquam alius uidetur fiduciam habere in carne, ego magis habeo, circumcisus octauo die, Israel ex genere, tribus Benjamin, hebreus ex hebreis, iuxta legem phariseus, iuxta studium persequens ecclesiam, iuxta iusticiam quae est in lege factus irreprehensibilis. Sed quae mihi erant lucra, ea arbitratus sum propter Christum damnum esse, quin etiam arbitror omnia' damnum esse, propter excellentiam cognitionis Christi Iesu domini mei, propter quicm omnia pro damnis duxi, habeoq; pro reiectione mentis, ut Christum lucrifaciam, utq; reperiatur in illo, non habens meam iusticiam ex lege, sed eam quae per fidem est Christi, quae est ex deo, iusticiam super fide, ut cognoscam illum & potentiam resurrectionis illius & communionem afflictionum illius, dum conformis fio morti eius, si quo modo pertingam ad resurrectionem mortuorum non quod apprehenderim, aut iam perfectus sim, sed sector si etiam apprehendam, quatenus & apprehensus sum a Christo Iesu, Fratres, ego meipsum nondum arbitror affecutum esse, Vnum autem illud ago, ea quidem quae a tergo sunt obliuiscens, ad ea uero quae a fronte sunt emittens, iuxta praefixum signum insequor ad palmam supernae uocationis dei per Christum Iesum.

Hæc Pauli uerba non grauatum recitauimus, ut ex his certo certius uideas qui sint in scripturis perfecti Christiani, Nam post hæc statim addit.

Quotquot itaq; perfecti sumus hoc sentiamus,
nempe

IN CAPVT SECUNDVM.

nempe quod dixi, & si quid aliter sentitis, nondum ita quemadmodum dixi perfecte sentientes, deus ruelabit oculos uestros, ut & hoc uideatis & condemnetis in uobis, ueram & perfectam sententiam amplexi.

Mirus uerborum contextus. Quotquot perfecti sumus hoc sentiamus, nempe quod dixi de me, Non quod apprehenderim aut iam perfectus sim &c. Perfecti qui sunt, perfectos se sentire no debet, Quare prohibet sentire ueritatem? an peccat qui dicit lucem lucē, tenebras tenebras, perfectum perfectum?

Perfec= Sed hoc est quod sepe dicimus, Christianam per-
etio. fectionem, non sic esse perfectionem in nobis, ut nihil possit addi, quod primum fiet in resurrectione nouissima, Interim manet semper uerum quod Christus dicit, Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam, iusticiā quae est per fidem in Christum. Ro.3. Qui esuriunt & sitiunt iusticiam illam ueram quae dei est, qua iustificatur peccator, certe non uidentur sibi apprehendisse, & satis habere fidei & cognitionis domini nostri Iesu Christi, ut illi qui hodie fastidiunt Euange= licum illud manna.

Mali operarij, qui iam tandem agunt manifestos Euangelij hostes, constituerunt perfectionē in suis operibus & statutis humanis, à deo non præceptis, ma= xime in obedientia humana, in paupertate, id est, mendicitate prohibita, & in illa sua castitate non di= co quali, Paulus autem constituit perfectionem in fi= de et

EPISTOLAE AD CORIN.

de & cognitione domini nostri Iesu Christi, ex qua sequitur contemptus omnis nostræ iusticiæ. Repete itaq; omnia uerba Pauli prædicta, ut uideas qui sint perfecti.

Perfecti inquit qui sumus hoc sc̄ntiamus, quod ego dixi me sentire, Perfecti sunt qui perfecte incepérunt sentire de Christo, unde cauere norunt canes, cauere malos operarios, cauere concisionem, id est, illos qui falso nomine se Euangelij prædicatores gloriantes, docent fiduciam operum legis, id quod est negare Christum & Euangeliū eius, In carne enim, id est, in se suisq; meritis fiduciām habent, fiduciāe in deum ignari, Hos inquam cauere norunt, arbitrati propter Christum omnem iusticiam, de qua caro presumere posset, esse damnum & reictamenta, propter Christum inquam, id est, propter excellentiam cognitio-
nis Christi Iesu, qua ipsum lucrifacimus, ut sit noster, & nos in illo simus,

Sentiunt enim se non habere suam, id est, humanā iusticiam, ex Lege diuina, id est, se non inde iustos fieri & a peccato liberos, etiam si faciant externa opera præceptorum dei, quæ est scribarum & Pharisæorum iusticia, ut dicitur Matt. 5. Lex enim est cognitio peccati, & cognitum peccatum grauius facit, ut dicitur Ro. 7. tantum abest ut opera eius iu-
stificant, quod si opera legis diuinæ non iustificant, fileant opera legum & traditionum humanarum, Nō ignoramus quid lex significet, ne solas legis ce-
rimoniās

IN CAPVT SECUNDVM.

rimonias somnies non iustificare, ut male docuit sepe Hieronymus.

Suam itaq; iusticiam ex lege sentiunt se non habere, sed dei siue ex deo iusticiam quae per fidem est Christi, ut cognoscant illum quid in eo acceperint a patre deo, quid efficacie in nobis operetur resurrectio et regnum eius, quam communione habeant passionum Christi, dum et ipsi patiuntur, et sub cruce agunt, nempe quod passio Christi sit ipsorum, et crux ipsorum siue passio, sit in cruce et passione Christi benedicta, ut alibi, Si compatimur et conregnabimus, ut ita pergentes ex fide in fidem, a gloria domini in gloriam, perueniant ad resurrectionem illam nouissimam iustorum, ubi plene cognoscet quemadmodum nunc a deo et Christo cogniti sunt, ut dicitur 1. Cor. 13.

Dum uero sic sentiunt rectissime de dei iusticia, quae est per fidem in Christum, et suam iusticiam reputant ut stercora, non tamen se iudicant apprehendisse plenam cognitionem, aut se perfectos esse in fide et cognitione Christi, restare enim usq; ad nouissimam resurrectionem, quae reuelentur nobis de fide in Christum, Ergo semper currunt et pergunt, uerbo Euangeli et temptationibus (de quibus Ro. 5.) docti, ex fide in fidem, non ut carnales discipuli Christi, qui putant se iam omnia scire, ut infra dicemus. Eadem regula currunt uero eadem regula, non aliam fidem aut doctrinam suscipientes, ut seducti et seductores qui sen-

EPISTOLAE AD CORIN.

sentiunt auctum esse cognitionis, dum falsa & aliena a fide post cognitam ueritatem suscipiuntur, sed in eadem fide & cognitione proficientes usq; ad perfectum diem resurrectionis, quando occurremus Christo.

Vt, inquit simus concordes in sentiendo & do= Idem cendo de iusticia non nostra sed dei siue de Christo, sapientia id quod fit, dum carnales siue infirmi adhuc Euangelius. lii discipuli sustinent doceri ex Euangelio, & perfecti ferunt libenter eorum ignorantiam, agnoscentes & ipsi adhuc se non apprehendisse aut perfectos esse.

Canes uero & mali operarij, docentes fiduciam Cū cas operum legis, confusi uerbo ueritatis abigantur, istis nibus enim non abactis, nostri carnales facile seducuntur nō idē à sapientia uera quæ est Christus, ut multis Corin-thijs tum acciderat, hinc concordia non constabit, sapientia sed omnia feruebunt contentiobus, dum quisq; pro sua sententia & doctore contendit, ut uides cap .3. sequenti.

Illi enim canes sunt potius quam prædicatores, non enim ambulant, id est, non agunt negocium & officium predicatori, secundum exemplar Pauli, uel ut Paulus, sed oderunt crucem Christi, amant uero uentrem, id est, non docent unde persecutionem patiantur, sed unde sua lucra & gloriam sectentur, quemadmodum plane etiam hodie nihil aliud in regno papistico doceri uidemus, quorum finis non lu-

crum

IN CAPVT SECUNDVM.

erum erit sed perditio, non gloria sed dedecus,^{ut} cunq; interim florent terrestria curantes.

Nos uero non terrestria debemus curare, sed docere iusticiam dei per Christum, pati propter ueritatem seruire proximo propter deū, quæ sunt cœlestia, unde Christum expectamus redditurum.

Ecce habes totum caput .3. ad Philip. breuitet interpretatum, ne aliquis canis & malus operarius, contra manifesta uerba, iusticias operum illic interpretetur, Paulus enim ibi de sentiendo dicit, non de operando, Hoc inquit sentiamus, & si quid aliter sentitis &c. & supra, propter excellentiam cognitionis Iesu Christi domini mei. Et rursum, Ut apprehendam quemadmodum apprehensus sum, id quod alibi dicit. Ut cognoscam quemadmodum & cognitus sum, Nunc perfecte cognoscimur a domino, in futura resurrectione nos dominum etiam perfecte cognoscemus, interim nō cessamus ad perfectam cognitionem Christi proficere.

Quid canes hic oblatrant talibus, quasi indigent operibus legis ad iusticiam, quando iam iusti sūt per fidem in Christum? Nullum periculum est netales, qui ita proficiunt semper in cognitione Christi, inueniantur absq; operibus bonis, quid enim non boni facerent absq; lege, id est, sponte & libera uoluntate ad gloriam dei patris, qui Christum expectant e cœlis redditurum?

Igitur

EPISTOLAE AD CORIN.

Igitur perfectio Christianorum est in perfecta cognitione Christi, Hæc autem est ut cognoscamus omnem nostram iusticiam esse stercora, sola fide autem in Christum nos iustificari, Hunc enim factum nobis à deo, ut sit nostra iusticia, sapientia, sanctificatio, redemptio, Utq; cognoscamus, quod nondum satis cognoscimus istam Christi cognitionem, que omnem cognitionem excellit, siccirco semper pergendum & proficiendum in hac cognitione, donec hæc uita durat, nemo enim satis habet fidei siue iusticie quæ est per fidem, ut semper maneat illud dictum Christi in hac uita. Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam &c.

Perfecta itaq; cognitione siue perfecti sunt illi Christiani in hac uita, qui hæc tria ita intelligunt, ut coram deo contra Satanam defendere uerbo dei docti possint, primum, humanas iusticias esse nihil, Secundum, Christum esse iusticiam nostram & sapientiam, Tertium, quod non ignorant se hanc cognitionem nondū satis cognoscere, sed multo adhuc maiorem restare.

Inter hos perfectos Paulus loquitur sapientiam, quando predicit Christum crucifixum. Hos infra uocat spirituales, à spiritu dei, quo sunt docti & confirmati, & quo aguntur.

Aduerte præterea, quod perfectos non tam imperfecti delibus opponit ut dictum, quam imperfectis, id quod Christus per se notum, Itaq; etiam nunc uidendū qui sine imperfici.

G perfecti.

IN CAPVT SECUNDVM.

Not. i. perfecti, Hos sequēti cap, nominat carnales, quod adhuc spiritu sancto in doctrina fidei non sunt confirmati, sed adhuc sapiunt carnalia, utcunq; sint de Christo instituti.

Cæperunt quidem Euāgelij esse discipuli, nam infantes in Christo eos uocat, ne dubites tales Christiānos esse, pro quibus Christus mortuus est, ut dicitur infra cap .8. sed adhuc à spiritu mundi nondum sunt purgati per spiritum dei, sapiunt enim adhuc carnaliter de Christo, & Christiana libertate, aut suis uitribus & iusticijs adhuc fidunt, sapientiam mundanā id est humana somnia cum Euangelio adhuc permiscent, tamen Euangelij amantes & contrariam doctrinam odio habentes, modo non iudicio fallantur-

Hinc fit ut Falli autem facile possunt, nam nondum spirituales sunt, qui dijudicare possint omnia, ut infra dicitur, res hominum adhuc carnales & animales, secundum carnem & animam, siue rationem & sapientiam humanam sentientes, preter ea quae didicerunt de Christo per Euangeliū, habentes quidem scientiam inflantem, nondum charitatem ædificantem, ut infra dicitur cap.s.Vnde & sequenti cap. dicit tales secundum honūm ambulare, id est, non secundum deum, nempe non intelligeres quid per carnem intelligat, nempe totum hominēm cum omnibus suis viribus & intellectu.

carnali Hos imperfectos, ut ex Paulo colligere licet, in bus. hoc ego habeo discrimine, ut alij dicantur infirmi, de quibus

EPISTOLAE ADCORIN.

quibus Rō. 14. &c alibi. Infirmum inquit in fide su- Imper
scipite etc. alij uero inflati de quibus infra cap. 4. 1ā sc̄i fecti
faturi estis &c. & cap. 5. Et uos inflati estis, & cap. 3. Scientia inflat. Christi
ani di

Illi portandi sunt, hi autem grauiter arguendi, plices
Nam illi offenduntur, hi autem offendunt abutentes Alij in
scientia, & ex libertate Christi facientes libertatem firmi,
carnis, illi doceri uolunt, hi autem aestimant se iam Alij in
omnia apprehendisse, et gaudent noua scire et aliena flati.
a Christo, fastidientes ueram sapientiam, in Christo p
Euangeliū propositam, hinc obscuratur etiā eis ca
qua de Christo didicerūt, et surgunt sectæ et hæreses.

Melior interim est conditio infirmorum, quia in
doctrina Euangelij uolunt proficere, quam inflato-
rum, qui omnia perturbant, dum omnia se scire pu-
tant, & contemnunt non solum infirmiores pro qui-
bus & ipsis Christus mortuus est, sed etiam illos qui
uere perfecti sunt, quasi nō satis scientiae satisq; au-
daciæ habeant hæc & illa tentandi, cū tamen potius
nō spiritu dei sed sua temeritate ferantur, non habi-
ta aliorum ratione.

His omnibus, dum interim sana Euāgeliū doctrina
adhuc uiget, sapientia est, quod prædicatur Christus
crucifixus, certe nō habent pro stulticia, Tamē Paulus
non ausus est dicere, quod etiā inter hos loquere-
tur sapientiam, quia non sunt confirmati spiritu, &
inflati illi minus sūt Christiani quam infirmi, et facile
occasione iudicant hi omnes non esse sapientiam,

G 2 non enim

IN CAPVT SECUNDVM.

non enim consistunt in tentatione contrarie doctrinæ, ubi accedunt pseudoapostoli.

Tunc enim Paulus & omnes sancti predicatoris contemnuntur cum suo Euangelio, & contraria doctrina, ut Sapientia è cœlo lapsa, iactatur. Hinc incipiunt contendere quisq; pro suo magistro & dogmate. Hinc abuti Euangelio, ut sequantur etiam alia que prius detestati sunt, non curantes ut ē medio tollantur interim ista scandala &c. quemadmodū apud Corinthios contigisse in hac Epistola legis.

Hi imperfecti sunt de quibus Ioan. 2. dicitur. Multi credebant in eum, ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, nec opus haberet ut quisquam testaretur de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. Et Ioan. 8. dicebat Iesus ad eos qui crediderant ipsi Iudeos. Si uos manse- ritis in sermone meo, uere discipuli mei estis, et cognoscetis ueritatem, & ueritas liberos uos reddet, significans eos esse tales qui possent à uerbo eius deficere &c.

Valde caute ergo dixit Paulus, Sapientiam lo- quimur inter perfectos, de imperfectis non ausus est hoc dicere, ipsa etiam experientia iam doctus, quam non consistant tales in tentatione contrarie aut alicuiæ doctrinæ.

Sapien SAPIENTIAM AVTEM NON
tia sæ- huius sæculi.

sæculi. Sapientiam sæculi uocat quicquid homines suo iudi-
cio &

EPSTOLAE AD CORIN.

cio & ingenio assequi possunt, & omne iudicium
humanū de omnibus rebus siue humanis siue diuinis,
Nullos uero excipit, quando etiam principes sapi-
entiam dei ignorare dicit.

Principes scriptura nominat illos, qui inter ho= Princi-
mnes doctissimi optimiꝝ habentur, ut sunt inter gen= pes, in-
tes Philosophi, oratores & aliorum rectores, inter scrip-
tū Iudeos Pharisæi & scribæ, apud nos doctores, mo= turis.
nachi, consiliarij, ureconsulti.

Quod si hi ex se male iudicant & ignorant Sapien-
quæ dei sunt, ita ut ignorantes crucifixerint dominū tia dei
gloriæ, quid de alijs præsumes? quemadmodū et cap. omni-
3. damnat cogitationes sapientum ut uanas, ut intel= bus in-
ligas, quando sapientes ex se non sapiunt, sed sapien= cogni-
tia eorum ad intelligendam sapientiam & iusticiam ta, nisi
dei stulticia est, multo minus ex se sapere alios, qui deus re-
tanto ingenio & probitate prædicti non sunt, & re= uelet.
flissime inferas ex uerbis Pauli, nullum hominem in-
telligere aut intelligere posse quæ dei sunt, nisi spiri-
tus dei revelauerit.

Est enim hæc sapientia quæ prædicat nobis Chri-
stum crucifixum, hoc est Euangelium gloriæ dei, quo
glorificetur solus deus, Est inquit in mysterio, id est,
in occulto latet, & est abscondita, ita ut oculus non
uiderit, nec audierit auris, id est, nullus sensus huma-
nus perceperit, nec in cor hominis ascenderit, id est,
nullum ingenium assequi, nullus intellectus aut libe-
rum arbitrium ne cogitare quidem de ea potuerit,

IN CAPVT SECUNDVM.

ut fileat hic omnis humana gloriatio, & impietas
qua presumit de suis uiribus & arbitrio, quid enim
potes uelle illud aut arbitrari, de eo quod tibi non
licet scire, quod in deo absconditum fuit ab aeterno,
quod nemo nisi ex deo scire potest.

Ita & alibi Paulus loquitur de Euangelio Christi,
ut ad Ro. 16. Deus qui potens est uos confirmare secundum
euangelium meum et preconium Iesu Christi, iuxta reuelationem mysterij, temporibus aeternis
taciti, manifestati uero nunc, et per scripturas Propheticas, iuxta delegationem aeterni dei, in obediencia
fidei, in omnes gentes patefacti etc. Et ad Ephes. 3.
Mysterium Christi in alijs aetatibus non innotuit
filii hominum, quemadmodum nunc reuelatum est
sanctis Apostolis & Prophetis per spiritum, quod
sunt gentes cohæredes & eiusdem corporis consor-
tesq; promissionis eius in Christo per Euageliū etc.

Siue itaq; parum uel multum, humiliter uel sub-
limiter, illud coram imperfectis, hoc coram perfe-
ctis de Christo prædicetur, sapientia dei prædicta-
tur, quam nullus homo utcunq; sapiens assequitur
suo ingenio & ratione, solus enim deus eam dat, ut
hic dicitur. Nobis inquit deus reuelauit per spiritum
suum, Non spiritum mundi accepimus, sed spiritum
qui ex deo est, ut sciamus &c. Nos mentem Christi
tenemus. Quemadmodum ad Petrum Christus dicit
Caro et sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui
est in coelis. Et Mat. 11. Abscondisti hæc a sapientibus
et in

EPISTOLAE AD CORIN.

et intelligētibus et reuelasti ea paruulis. Et patrem
nemo nouit nisi filius, et cui uoluerit filias reuelare.

Nam de deo, utcunq; uicti per mirabilia opera
quæ uidemus in creaturis, cogitare forte possumus
et iudicare, quod is sit colendus, licet quæ hic cæ-
citas omnes homines, in primis sapientes, apprechē-
dat, satis expressum fit Ro.1.de Christo tamen, sine
quo non cognoscitur, non colitur, non amatur deus,
ne tantillum quidem ratio nouit, ut nihil tam obsit
saluti per Christum, atq; ipsa ratio siue animalis ho-
mo, ubi spiritus dei absuerit.

Quis enim unquam uel cogitare potuisset, esse
aliquem qui sit et deus et homo, esse hunc homi-
nem deum, et deum hunc hominem, crucifixum, salua-
torem et mediatorem inter deum et hominem et cæ
quæ diximus supra de sapientia humana.

Taceat ergo apud Christianos liberū arbitrium
et ònis tactantia humana, Ante reuelatū enim Euāgelium Libe-
geliū, neq; deus, neq; quæ dei sunt cognoscuntur, Ani- rū ar-
mali enim homini hæc stulticia sūt, et ea intelligere bitriū.
nō potest, Vbi autē homo suscepit Euāgelium Christi-
anus factus, intelligit et mult quidē bonum et potest
bonū, sed ea intelligētia uolūtas et potentia nō homi-
nis est, sed dei in homine, deo enim semper dicemus.
Doce me iustificationes tuas, fiat uolūtas tua, doce me
facere uolūtatem tuā, Adiuua nos deus salutaris noster
nō: nimirū sentiētes iā posse nos intelligere, uelle bo-
cū, et posse, si ipse in Christo dederit, quēadmodū ait

IN CAPVT SECUNDVM.

In secunda Epistola, Vbi spiritus domini, ibi libertas,
sed tantum deesse libertati et bonae voluntati, quantum
adhuc caro in nobis spiritui obstat, ut non gloriemur
de ulla libertate, qua simus liberi a peccatis, ad
sentiendum & faciendum bene in conspectu dei, nisi
per Iesum Christum, &c.

Ab hoc loco, Sapientiam autem non huius saeculi &c. usque ad finem capitis, habes insignem locum de iudicio spiritus, cuius summa haec est, Neminem posse intelligere quae dei sunt & salutis aeternae, etiam si sit sapientissimus, sine spiritu dei, quem emeruit nobis Christus. Quid ergo sunt onia humana ad salutem? Quid superbimus praeterea de iusticia operum, quibus ne scire quidem licet, quae sit uera iustitia, nisi deus doceat?

Stultitia nostra nostra nobis cognititia, innata est nobis per peccatum originale etiam haec stultitia, ut quicquid nostra sapientia somniamus, esse iusticiam defendamus, & uerbum dei quod hanc iusticiam nostram damnat, hereticum iudicemus, aut saltem non satis ei fidamus, ut etiam sancti in hac parte pugnam sentiant non contemnendam, Lege acta Apostolorum, quam difficulter Petrus a suo sensu & iusticia carnis deficit, ut contemnat legalia, & gentibus predicit Euangelij libertatem, etiam postquam accepit spiritum sanctum, etiam postquam acceperant mandatum non predicandae circumcisio- nis sed Euangelij, non solum Iudeis sed etiam omnibus creature &c.

Qui ab eo

EPISTOLAE AD CORIN.

Qui abolentur, scilicet cum sua sapientia, secundum illud Esa. xl. Omnis caro fœnum &c. uerbum Omnis autem domini stabit in æternum. Quod ab hominibus plantas excogitatum est, necesse est cum hominibus pœnitio errare, siue sapientia sit siue iusticia, quanquam hæc ex illa prouenit. Nam Christus ait. Omnis plantatio quæ non &c.

Quam præfinierat &c. Si præfinitione siue prædestinatione dei ante secula, constitutum est de nobis, stinatis ut habeamus Euangelium, id est, ut cognoscamus dei onus et sapientiam & uoluntatem, taceat humana præsumptionis, quid enim conari, quid mereri potuisti, ut non dicam quid intelligere, quando non eras? Ephe. 1. Dillexit nos in Christo ante constitutionem mundi, Et deinde Roma. 5. Dillexit nos quando adhuc eramus inimici. Et ne quis interpretetur inimicos, propter crassiora illa uitia, quæ etiam mundus damnat, & iactitet impie uires liberi arbitrij, quo homo norit & possit se applicare ad ea quæ sum salutis æternæ, idem Paulus dicit Col. 1. Et uos qui quondam eratis alienati, & inimici mente, in operibus malis &c. Qui potuisset grauius dammare homines, ut nihil sa- ni eis relinqueret in conspectu dei, quam dicēdo eos esse dei inimicos mente, id est, anima, & ratione, & intellectu, & omni eo quod in homine, qui est absq[ue] spiritu dei, optimum cogitari possit?

In gloriam nostram, id est, ut per eam glorificari per Emerimus, hoc est ē regno tenebrarum Satanae transferre uangelium.

G S remur,

IN CAPVT SECUNDVM.

remur in regnum claritatis dilecti filij dei, ut dicitur Col. 1. iam liberi a peccatis, filii dei facti in eternum, Ioan. 1. Non potest esse maior gloria, sed haec interim non uidetur a mundo, quia formis crucis tegitur, & fidei dicitur. Beati pauperes spiritu, qui lugent, qui persecutionem et blasphemiam sustinent &c. uidebitur autem in futura resurrectione, secundum illud. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam qua reuelabitur in nobis.

Porro gloria nostra, qua glorificat nos deus in Christo, liberando a peccatis, illuminando, præseruando ab hora mala et heresi, assistendo in omnibus adversis, confundendo Satanam cum omnibus aduersariis nostris, prouidendo in bonis cum corporis tum anime, ut taceam de nouissima resurrectione, haec inquam gloria nostra inde est, quod per Euangelium dicimus omnem gloriam arrogare deo, nobis nihil nisi confusionem, ut dixit Daniel.

Quo fit ut non possit esse non uerum, quod dominus dicit 1. Regum 2. Quicunq; glorificauerit me, hunc ego glorificabo, et qui contemnunt me erunt ignobiles, Contemnunt autem omnes homines qui sunt absq; spiritu dei, utcunq; probitatem & cultum dei fingant, secundum illud Omnes peccauerunt & uacant gloria dei, id est, non glorificant deum.

Quod itaq; Euangeliū mundus indicat stulticiā & ignominiam secundum externam laruum, ipsis credere

EPISTOLAE AD CORIN.

credentibus est sapientia, unde iam gloriam habent
conscientiae in conspectu dei ad gloriam sempiter-
nam.

Nam si cognouissent. Sic & Christus orat atq; Igno-
Stephanus, quia nesciunt quid faciunt, Et Petrus in rantia
Actis dicit. Et nunc scio fratres, quod per ignoran- crucifi-
tiam fecistis, sicut & principes vestri. Quid ergo est gentium
quod nonnunquam scribitur, phariseos & scribes
sciuisse Iesum esse Christum, quemadmodum princeps
ex eis Nicodemus fatetur, Scimus inquit quod a
deo uenisti magister, nemo enim potest hæc signa fa-
cere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo?

Respondeo, quod sciebant et quod scire potuerunt, sic
amiserunt ut scire postea non possent, nempe offensi
scandalis infirmitatis & crucis Christi, offensi quod
damnabat omnia humana, quod uitam æternam pro-
mitteret publicanis, peccatoribus & meretricibus,
modo in se crederent, quod sanctulis & iusticiariis
eandem uitam et regnum dei negaret, accessit ex his
inuidia qua Satan excœbat eos, ut adhuc sit Chri-
stus Iudeis scandalum, ut non possint intelligere hanc
sapientiam dei, de qua hic dicitur, quam si intelle-
xissent, non crucifixissent Dominum gloriae, cuius est
omnis gloria, & per quem, non per ea que nos pos-
sumus, glorificamur.

Sic & dæmones clamauerunt, cum esse Christum
filium dei, uicti scilicet uirtute eius, quam contra se
sentie-

IN CAPVT SECUNDVM.

Sentiebant, sed rursum uidentes infirmitatem eius dubitauerunt, ut cogerentur consilium dei in Christo non uidere. Hinc tentabat Christum Satanas in uitia, nec cessauit ab arte sua contra Christum morituum, quemadmodū Christus ait. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

Sic Pharaō quoq; pœnam sentiens dixit. Orate pro me dominum, post pœnam autem, Nescio inquit dominum.

Sic hodie impij, uicti nonnunquam Euangelica ueritate, coguntur fateri id quod res habet, sed rursum blasphemant, ubi uident Euangelium obsistere suis cupiditatibus, lucris & ambitioni, qui autem meliores inter ipsos uidentur, id est, iusticiarij, offenduntur formis crucis quas uident in Christianis, & formis imbecillitatis, quod adhuc uident esse peccatores qui Euangelium suscipiunt, neq; hoc satis eis est, nisi etiam contemnant optimos uiros, in quibus nulla crima deprehenduntur, non ob aliam causam, nisi quod eos nondum angelos esse uident, & quod non possunt sanare claudum equum, etiam si dederit eis deus gratiam sanandi mille homines per Euāgelium à Satanae erroribus.

Ita hi omnes, quod scierunt & quod scire potuerunt, ignorāt, sua malicia excæcati, nemo uero agnoscit sapientiam hanc ab æterno absconditam, nisi ei per spiritum dei reueletur.

Scriptum est, Citat testimonium ex Esa. 64. de quo
supra

EPISTOLAE AD CORIN.

supra diximus, Vulgo interpretati sunt de gaudijs beatorum post hanc uitam, uera quidem sententia, sed non satis exprimit quod propheta & Paulus uo- lunt, nempe cognitionem ueræ sapientiae & ueri lu- minis hic in terris, unde homo hic & in æternū be- atus fit, Hoc est Euangelium de domino nostro Iesu Christo, quo ea offeruntur quæ supergrediuntur om- nem sensum & intellectum, offeruntur autem dili- gentibus deum, id est, ijs qui credunt, ut sup. dictum, Qui enim diligunt deum credunt, & qui credunt diligunt, quando ex fide prouenit ut diligatur deus, nihil enim diligitur nisi cognitum, Non quod dile- xerimus antea dicum, ut etiam dicit Ioannes, nam su- pra audiuimus, deū præfinisse siue prædestinasse no- bis hanc suam sapientiam & iusticiam ante secu- la &c.

NOBIS AVTE M&c.

Occupatio est, Diceret enim aliquis. Si nemo nouit Spiri-
tus no-
tus oc-
cultus Dei.
hanc sapientiam, ergo unde uos scitis, qui prædican-
tes de ea gloriarnini? Respondet, Non ex nobis aut
alijs habemus, aut ex sapientia siue spiritu humano,
nam hæc sapientia quia dei est, nulli homini est co-
gnita, sed nobis eam deus reuelauit per spiritum suū,
cuius spiritus omnia nouit, etiam ea quæ sunt in deo
abscondita, uel ut dicit profunditates dei, Ipse enim
solus nouit quid deus uelit, quid non uelit, quæ sit uia
per quam uelit nos deus saluare, quod crux Christi est
gloria eterna &c. quippe qui est in corde patris
noſtri

IN CAPVT SECUNDVM.

nostri dei, ideo per eū solum cognoscimus dei uolunta-
tē, et ueram in Christo sapientiam & iusticiam, Id
quod probat Paulus similitudine, dicens.

Sicut spiritus meus solus nouit quid sim intus in-
cute, alij ignorant, nisi ego uolucro eis reuelare, ut
prohibitū sit nobis iudicare, Ita solus spiritus dei no-
uit quid uelit deus et sapiat, et quid ipse habeat pro-
sapientia & iusticia siue via salutis, alij & angeli et
homines omnes ignorant, nisi idem spiritus qui nouit
uoluerit eis reuelare.

Vide nunc stultā presumptionē hominū, præsumi-
mus scire dei sapientiam & iusticiā, & fingimus id
esse sapientiā, id esse iusticiam quod nobis uidetur,
quasi cæcis nobis liceat intueri in lumē illud & sa-
pientiam illam ab æterno in deo absconditā, qui in-
teriorim non possumus uidere, quid uel homo gerat in
pectore, Quæ ergo dei sunt, necesse est à deo nobis
reuelari, alioqui ppetuo & in eternū manent absco-
dita, de quibus & psalmus dixit. Tu noticias mihi
sapientiam latentem & occultam.

Spiri- NOS VERO NON SPIRITVM &c.
tus mū Spiritum mundi dicit quod supra dixit, sapientiam
di. huius seculi, & alibi prudentiam siue sapientiam
carnis, Scententia est, Non dedit nobis deus, ut sapi-
mus secundum carnem, quemadmodū mundus sapit,
etiam ubi optime sapit, sed secundum spiritum dei,
qui nobis iam datus est, ad hoc, ut reuelet nobis dei
uolun-

EPISTOLAE AD CORIN.

Uoluntatem & bonitatem erga nos, Hæc autem quæ
reuelat sunt talia, ut mundus suo spiritu siue sapientia
non posset non cōtempnere & summo odio odiisse, suo
enim spiritu, quo sapit carnaliter, & querit sua, etiā
tunc quando sibi colere uidetur deum, ex diametro
pugnat contra spiritum dei, quemadmodū infra di-
citur. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spi-
ritus dei, stulticia siquidē illi sunt, nec potest cognoscere &c. ut uideas interim gloriam liberi arbitrii.

Reue-

Quæ sunt ergo quæ reuelat nobis spiritus dei? vt
sciamus, inquit, quæ à deo donata sunt nobis. Spiritus
sanctus scrutatur quidem omnia, id est, nouit omnia
occulta, etiam ea quæ sunt in deo abscondita, ut di-
ctum est, sed non ista omnia nobis reuelat, non potest
ista capere creatura, dei enim solius est omnia scire,
reuelat uero quæ deus uult nos scire ad nostram sa-
lutem, nempe ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis,
quæ sunt beneficia dei erga nos in Christo, Hæc be-
neficia supra sic expressit, Ex deo uos estis in Christo Iesu,
qui factus est nobis à deo sapientia, iustitia,
sanctificatio & redemptio, ut in solo domino
gloriemur.

Hæc donata sunt quidem nobis à deo in Christo,
sed nisi sciamus, quid nobis profuerint? ad hoc datus
est ergo spiritus propter Christum, qui eum nobis sua
morte emeruit, ut à spiritu mundi evacuati, ista
sciamus, et per fidem hæc sint nostra in Christo. Istante
cognitio

IN CAPVT SECUNDVM.

cognitionem quæ supergreditur omnem sensum & mentem Paulus ubiq; in Epistolis Christianis optat, ut Ephe.1. Ut deus domini nostri Ihesu Christi pater glorie, dedit uobis spiritum sapientiae et reuelationis, per agnitionē sui, illuminatos oculos mentis uestra, ut sciatis quæ sit spes ad quam ille uocauit, & quam opulenta gloria hæreditatis illius in sanctis, & quæ sit excellens magnitudo potentiae illius in nos, qui credimus secundū efficaciam roboris fortitudinis eius, quam exercuit in Christo cum suscitaret eum ex mortuis etc. Et Col.1. Ut impleamini agnitione uoluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spiritu ali &c.

Ex hoc loco & similibus uides, quid responderemus sit ijs, aut potius qui contemnamus eos, qui nos irrident dicentes, Vos scilicet sapitis contra totum mundū, contra tot sapientes, uos scitis omnia? Scire quidem simpliciter omnia solius dei est, sed Christiani sciunt omnia, quæ scire eos necesse est ad salutem, hæc enim eis reuelat per Euangelium & scripturas sanctas spiritus sanctus, reliqua quæ deus noluit reuelata libēter ignorant, Ut sciamus inquit, quæ à deo donata sunt nobis, sciunt itaq; hæc omnia qui sunt in ecclesia sanctorum, ne aliquis Satanæ minister incipiat aliena docere, quasi quædam noua, quæ ultra Euangeliū & sacras scripturas deus uelit doceri, quemadmodum his laruis, sub nomine spiritus sancti, hactenus semper à temporibus Apostolorum, homines subinde

E PISTOLAE AD CORIN.

nes subinde decepti sunt. Sciunt inquam hæc omnia,
ne opus sit nouis articulis, sed nunquam hæc ipsa in
hac uita satis sciunt, in cognitione namq; domini no-
stri Iesu Christi crescunt semper, pergentes ex fide
in fidem, ut sepe diximus.

Quæ & loquimur. Apostolica doctrina non pre= Doce=
dit humanas doctrinas, neq; iusticias humanas, id ē, mus
non ea quæ stulta hominum præsumptio, ex spiritu uerbis
certe mundi, præsumit dare deo, sed ut ait Paulus, ea deinceps
quæ à deo donata sunt nobis in Christo, Atq; hæc ip= noui-
sa prædicat non sermonibus humanæ sapientiæ, qui= mus.
bus se uenditant pseudo apostoli, & ij qui magni ha=
beri uolunt, sua non quæ aliorum sunt querentes,
ut etiam illi qui Philosophica Euangelio miscuerant,
quemadmodum multis supra diximus, sed prædicat
sermonibus quos docet spiritus sanctus.

Boni doctores non solum recte docent, sed etiam
ijs uerbis quibus ipsi docti sunt à deo per sacras li-
teras, vtrunq; enim requirit Paulus à Timotheo, ut
& sanam curet doctrinam, & formam habeat fano-
rum uerborum, ne sequatur prophanas uocum ina-
nitates, & uocabula quæ scripture sancta ignorat.
Quid mali pepererit in ecclesia uocum nouitas,
abunde testatur uocabulum Liberum arbitrium.

Deinde ad imitationem legis Mosaicæ, uoleba-
mus etiam habere leges & statuta conscientias ob-
ligantia, uota plusquam legalia, quæ facta sunt laquei
conscientiarum, & sacerdotia cum unctionibus &

IN CAPVT SECUNDVM.

pompis illis coram carne glorioſis, ſed talia Euangeliū nobis non commendauit.

Mun- Cur ergo & nos non loquimur sermonibus, quos
zer. docet ſpiritus sanctus? An excidit, quæ uerborum
zui- portenta fingebat ille Monetarius ſpiritus? Et nostri
gel. incipiunt nobis reuocare illa protrita de communia-
tione idiomatum duplicis naturæ in una per-
ſona Christi, non ut pie utantur, ſed ut diſcerant no-
bis Christum, dicentes, Caro mea ucre eſt cibus, Caro
mea, id eſt, diuinitas mea, quod caro paſcere animam
non poſſit ad uitam æternam, atq; ita carnem filij dei,
carnem in qua deus eſt, quam ſi apprehenderis appre-
hendis deum, ſimilem faciunt noſtræ carni, ſed non
loquuntur sermonibus quos docet ſpiritus sanctus,
ſed quos ipſi excoſigitarunt ad corrumpendum ſpiri-
tus sancti sermones.

Christus loquitur sermonibus ſpiritus sancti, Ca-
ro mea ucre eſt cibus, et ſanguis meus nere eſt potus,
de carne ſua et ſanguine, ita apertis uerbis ut aper-
tioribus non poſſet.

Nec minus blaſphemant dicentes, Panis signifi-
cat corpus meum, quando Christus sermonibus ſpiri-
tus sancti dicit. Hic panis eſt corpus meum, Sed hu-
mana ſapiencia ſiue potius ſtulticia fingit omnia &
refingit, dum non potheſt capere ea quæ ſpiritus san-
ctus docet &c.

SPIRITUALIBVS &c.

Spiritualēm doctrinām docemus spiritualibus ſer-
monibus

EPISTOLAE AD CORIN.

monibus, qui nō nisi per spiritum capiuntur docentē
id quod est certissimum genus docendi, non docemus
Euangelium inflatis sermonibus, quibus inuertitur
Euangelium Christi, ut dicitur Gal. 1. quemadmodum
faciunt pseudoapostoli qui sub nomine Euangelij do-
cent iusticias humanas, magna specie tum sapientia
tum sanctitatis, ut sup. diximus, iccirco etiam pude-
fiunt simplicibus scripture uerbis docere, sed pro-
ducunt inanis & prophanae uocum nouitates &c.
Nos uero inquit spiritus sancti doctrinam docemus
uerbis, quibus spiritus sanctus in scripturis locutus
est & que nobis reuelauit, Sint illi magni, nos opor-
tet esse fidles magistros & legatos &c.

Animalis homo, potest etiam dici rationalis ho= *Anima*
mo, dicitur enim non ab animal, quod brutum intelli lis bo-
gi liceret, sed ab anima, non dubium quin ab anima
humana, ut uideas condēnatū etiam hic intellectum
& quicquid in homine per naturam optimum est,
quemadmodum et sequenti cap. totum hominem dam-
nat dicens, Secundum hominem ambulatis. quasi di-
cat nō secundum deum, Neq; est quod dubites, quando
additur, Nec potest cognoscere uel intelligere &c.
Quid iam laudis relinquitur libero arb. quando in-
tellectus hominis non potest intelligere ex se que
sunt spiritus dei? id quid & sup. dixit, Nec in cor
hominis ascenderunt.

Est itaq; animalis homo, quem appellare solet
arruacem hominem, nempe quisquis est absq; spiritu

H 2 dei.

IN CAPVT SECUNDVM.

dei. Quare nō potest ea cognoscere: quia inquit diu dicātur, discernuntur, intelliguntur, estimantur spiritualiter, id ē, per spiritū sanctū, qui non est in anima li homine.

Spiri- Spiritualis autē homo dicitur non à rasiū et un-
tuali tione, ut habemū signūta Satanae, quia inde diceretur
homo. homo rasiū et unctus, sed à spiritu sancto, quo hō in-
nouatur, ut intelligat quæ dei sunt, id ē, ut sup. dictum,
ea quæ à deo nobis in Christo donata sunt. Hic hō di-
judicat ònia, recte iudicat de peccato, et de iusticia, in-
dicat recte opera dei tū irae tum misericordiae, iudicat
ònia tum extra se quæ sunt, tū quæ sunt intra se, sci-
ens quid placeat deo, quid displiceat, ut hæc fugiat
illa aplectatur, ut in his quoq; alijs consulere posit.

Ipse uero à nemine diudiūatur, A nemine scilicet
carnali siue animali, secundum illud. Spiritus ubi
mūlt spirat &c. sic est omnis qui natus est ex spiritu.
Carnalis homo ut spiritualia nō intelligit, ita hominē
etiā spirituale non agnoscit, sed stultū iudicat et he-
reticū, caret enim spirituali iudicio, Quis enim car-
nalis nouit etc. Esa. xl. Nos uero mentē Christi tene-
mus, in ijs scilicet quæ donata sūt nobis, ut sup. dictū

CAPVT TERTIVM.



Carna-
les &
imper-
fecti di
Scipuli
ut sup.

VO D ruidius uobis Christum pro-
posui non mee ignorantiae fuit sed
uestræ carnalitatis, adhuc enim e-
stis animales homines, dum con-
tenditis &c. quæ spirituales non

EPISTOLAE AD CORIN.

faciunt, utcunq; non estis ita animales ut rideatis pietatem, Nā cēpistis esse infantes in Christo, quos non dignatur deus habere pro Christianis, modo relinquentes uestras opiniones, æmulationes, sectas, crescat in Christo, quemadmodum Christus dicit Ioan. 8. Si permanescitis in sermone meo ueri discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos &c.

De parte Corinthiorum loquitur, id quod supra diximus, admonentes, talia per synecdochen dici.

Atq; his erat prædicata summa sapientia Christus, quem nulla ratio ne cogitare quidem potuisset, nisi per Euangelium esset reuelatus credentibus, sed quemadmodum capere potuerant, quæ est ars Apostolorum, nempe respicere quo profis auditoribus, non quo magnus habearis ut pseudoapostoli, ut hic rursum admoneam quod non prædicatur Christianis aliud quam Christus siue perfectis siue imperfectis ut sup. diximus. Nam et hic imperfectos uocat infantes in Christo, & ait se fundamentum posuisse Christum, utcunq; his rudius, illis sublimius prædicitur.

Verum quando hic nota est metaphora de pueris Lac, & lacte, de adultis & solido cibo, ne quidam hic sō= Soli= nient, lac puerorum esse Christum crucifixum, tā= dus cie= metsi satis de hoc sup. dixerimus, & solidum cibum bus= uirorum esse sophisticae disputationes & uanitates aut stultas monachorum regulas, ita relinquentes

IN CAPVT TERTIVM.

imperfectis summam illam dei sapientiam, et per-
fectis humanas opiniones & somnia, cu[m] tamen ope-
rat utrosq[ue] esse in Christi sapientia, sed illos pro
tempore parvulos, hos autem viros, Ne inquam ista
sonnia aliquid sint, uideamus ex Epistola ad Heb.
quidnam sit lac puerorum, et quis solidus cibus ui-
rorum apud Christianos.

Sic ait cap. 5. Cum debeatis pro temporis ratione
doctores esse, rursum opus habetis ut uos doceamus,
que sunt elementa initij eloquiorum dei, factiq[ue] estis
in quibus lacte sit opus, et non solido cibo &c. sen-
tiens illos esse viros in Christo, qui possunt eti[am] alios
docere, si opus fuerit, iusticiam illam dei, que est per
Christum, illos autem pueros qui non possunt adhuc
satis ipsi intelligere iusticiam illam, tametsi de ea do-
ceantur et discere ipsi cupiant, tantum abest ut do-
cere possent, id quod sic dicit. *Quisquis lactis est par-*
ticeps, is rudis est sermonis iusticie, infans enim est.

Tales facile seducuntur a pseudo apostolis, ut la-
bantur a uero dei uerbo, et fucatum habeant pro sum-
ma sapientia, ut multis Corinthiis, multis Galatis ac-
ciderat, non enim ut uiri siue perfecti, habent exer-
citatos sensus, ad discretionem boni et mali, ut bonis
cibum solum suscipiant, id est, uerum uerbum, et malum
abominentur, secundum illud. Probate spiritus nuns-
te, et spiritualis homo dijudicat omnia &c.

De lacte uero puerorum expressit sequenti cap.
sic dicens.

EPISTOLAE AD CORIN.

sic dicens. Quia propter omisso, qui in Christo rudes inchoat, sermone, ad perfectionem feramur, certe non ad perfectionem quæ sit extra Christum, quæ esset certe damnatio & Satanæ regnum, sed ad perfectiōnem in Christo. Non rursum inquit fundamentum iacentes poenitentiae ab operibus mortuis, & fidei in deum, baptismatum doctrinæ ac manuum impositiōnis & resurrectionis mortuorum & iudicij aterni, atq; id faciemus, si permiserit deus.

Rudes itaq; primum docentur cessandum esse à uitijs huius mundi, credendum esse in deum, suscipiendum esse Christi baptismū & manuum impositiōnē, quam impositionem adhuc libere obseruamus, uel baptizantes uel à peccatis absoluente uel super ægrotos orantes, non tamen necessario quasi non posset omitti, Item, quod restat resurrectio mortuorum & iudicium aeternum.

Quando uero haec omnia per Christum accipiuntur & ad Christū pertinent, semper pueri manent, qui non discunt quid Christus nobis factus sit, aut quæ a deo nobis in Christo donata sunt, per quæ resipisci mus, per quæ credimus in deum ut patrem nostrū, in quæ baptizamur, p quem impositio manū ualeat, per quem resurgemus, per quem iudicabuntur uiui & mortui, quemadmodū nostri omnes cum suis episcopis pueri manēt, et rudes sermonis iusticie, qui secundre uiuit, et singulis annis in quadragesima nouā pœnitentiā fingunt, et cōtenti sunt quod articulos fidic

IN CAPVT TERTIVM.

dicere possunt, et orationis dominicæ uerba, cōtentī
item quibusdam ceremonijs Christianis, et externis
sine intellectu Sacramentis, etiam illis, que Christus
in salutem nostram instituit.

Audisti lac puerorum, ne contemne, nam prima
prædictio est. Resipiscite & credite Euangelio, Sed
hic pergendum est ut uere credamus Euangelio &
crescamus in cognitione domini nostri Iesu Christi,
quemadmodum illa Epistola ad Heb, ubi dixerat, Ad
perfectionem feramur, non proposuit postea subtiles
quaestiones sophistarum, aut speculationes Platonici-
as, sed sacerdotium Christi, secundum ordinē Mel-
chisedec, & sacrificium illud æternum insigniter
expressit, quem dixerat solidum cibum esse robusto-
rum &c Hic intelliges nullum peccatum damnare
nisi infidelitatem, nullam iusticiam saluare nisi
Christi.

Hæc & similia de Christo qualia scribit Paulus
Ephe. 1. Col. 1. carnales ubi audiunt, imitari discunt
uerba, & ad carnalem libertatem abutuntur, dum
enim non intelligunt non possunt non abuti, nisi ha-
bent insignes pastores præcedentes, nā pseudoapo-
stoli sua ambitione omnis mali hic sunt autores, aut
enim falsam docent iusticiam, aut alio uertunt liber-
tatem Christianam, quemadmodum Muntzerani fe-
cerunt & plures alij sub nomine libertatis Euange-
licæ, quemadmodum in hac Epistola legis etiam Co-
rinthios fecisse.

Arguit

EPISTOLAE AD CORIN.

Arguit uero eos esse carnales quod adhuc contendent &c. quemadmodum cap. 6. quod adhuc pro suis rebus iudicia adeunt.

Secundum hominem, quasi dicat, non secundum deum, ut uideas hac uoce damnatum quicquid est nostrum, quemadmodum supra dictum, ubi diximus de animali homine.

QVIS I GIT VR. Aduerte quod à principio tertij capituli, usq; ad finem quarti omnia dicuntur de uerbi Prædicatorum siue de episcopis et prædicatoribus. Postquam enim dictum est de sapientia illa dei quæ est Christus rescrutatus crucifixus, quæ sola prædicatur per Euageliū, ut scimus quæ à deo in Christo donata sunt nobis. Hic uero significat qui doccent ministri hunc Christum crucifixum, pietatem, alijs humilius, alijs sublimius, ut iam dictum, Dei. Item quid de eis sentiendum, ut hoc loco et in principio quarti cap. Item quod omnia quæ docent, etiam si legem prædicent et opera bona, sic docere debent, ut per hæc respicitur in solum Christum, sine quo fundamento nihil ualeat ad salutem, uideat inquit unusquisque quomodo superedificet, ne mala doctrina prophetet templum spiritus sancti. Itē quod tales prædicatores facile contemnunt iniuriam hominum, habentes bonam conscientiam coram deo de suo officio. Mihi inquit pro minimo est &c.

QVIS I GIT VR.

Hæc dicit, quemadmodum infra ait, ne quis glorietur in hominibus, et cap. sequenti, ne quis, supra

H 5 id quod

IN CAPVT TERTIVM.

id quod scriptum est, de se sentiat, ut ne hic illius, ille
huius nomine inflemini alius aduersus alium.

Contē-

nentes

uerbū

exter=

num

Nota.

Ex hoc loco uide ne contemnas prædicatores, &
in his Euangelium, cuius sonus transiuit in mundum
uniuersum, quemadmodum quosdam video facere,
qui ubi iam damnata est iusticia mundi per Euange-
lium, non sunt solliciti ut nobiscum erigant iam iusti-
ciam dei, sed ut habeant aliquod nomen contra nos
peccatores, Si per uerbum externum (aiunt) uenit
fides siue spiritus sanctus, sequitur quod Paulus qui
plantat sit aliquid, quod Apollo qui rigat sit aliquid,
atqui hoc negat Paulus.

Hoc & similibus argumentis certe ineptissimis,
agunt meros calumniatores, interim tamen persuas-
sum uolunt rudioribus, quasi pleni simi spiritu, quando
aliquid dicunt contra nos carnales, qui nihil au-
demus dicere aut asserere, quod non asserit scri-
ptura.

Item impudenti mendacio persuasum uolunt, quasi
nos doceamus humanum opus nostrum præcedere ad
salutem ante gratiam dei, quasi uero non omnis no-
stra doctrina doceat gratiam præuenientem, subse-
quentem, & consummantem, ut nunc his utamur
uerbis.

An non magna gratia est, quod ubi agis in tene-
bris & impietate tua, quemadmodum totus mundus,
uenit ad te Euāgelium, siue scriptum manu hominis,
siue prædicatum ore prædicatoris, quod interim ad
alios

EPISTOLAE AD CORIN.

alios non uenit, ut condemnato errore agnoscas iusticiam ueram? Nonne hic deus te praeuenit, ut non dicas, ego salutis meae posui primian lapidem? Venit cum suo Euangelio, te ne cogitante quidē de Euangelio, dicens, Pœnitentiam agite & credite Euangelio.

Sed hoc fallit erroneos istos siue maiis praesumatores, quod satis audaci impietate iudicant Euangelium, quod aliquis Apostolus aut prædicator predicat, esse opus humanum & uerbum humanum, quemadmodum simili impietate dicunt, nos protracto super panem halitu nostro & murmure facere corpus Christi, Ita egregie honorant uerbum dei & Euangelium domini nostri Iesu Christi.

Sed relinquimus calumniatores sibi, qui nihil solliciti sunt pro afflictis conscientijs, sed tantū ut suis non uitatibus bonas perturbent, quemadmodum solet Sa- Nihil tan, non autem deus ille omnis consolationis & pa= Paulus racletus spiritus sanctus. et mult

Non se hoc loco sic abiicit Paulus, ut plane sit tum. nihil, sed se nihil esse dicit ad incrementum, siue ut crescat illud quod ipse plantauit, et quod Apollo riguit, frustra enim tibi prædicatur Euangelium nisi deus det ut Euangelio credas, & per Euangelium salueris. Et qui prædicat tibi, non posset tibi prædicare, nisi deus dato Euangclio, eum mitteret ad prædicandum, ut uides omnia esse dei, nihil humanum, ubi prædicatur ista sapientia, ab eterno in deo abscondita.

Sed hinc

IN CAPVT TERTIVM.

Sed hinc stulte inferes, Ergo Paulus est simpli-
citer nihil, Nunquid nihil est qui dicit Dei ministri
sumus? Si legati Cæsaris magni aestimantur, maioris
certe aestimandi sunt legati dei. Pro deo inquit le-
gatione fungimur. An nihil est, qui audet de suo la-
bore gloriari, et dicere, dei cooperarij sumus, et
rursum, Ut sapiens architectus, fundamentum posui
Christum Iesum?

Videat hoc Schuencfeldius et doleat quod Paulus
sua prædicatione siue ministerio posuerit fundamen-
tum illud summum et unum, magis uero doleat quod
dicit, Ministri sumus per quos credidistis, manifeste
pronuncians, quod Corintibij per uerbum externū
crediderunt. Et Ioannes de scripto uerbo, hoc est,
de toto suo Euangelio dicit, Hac autem scripta sunt,
ut credatis quod Iesus sit Christus filius dei, et ut
credentes uitam habeatis in nomine eius.

Quod uero nemo credit absq; gratia dei præue-
niente, et dante per spiritum sanctum fidem, non
debebat scribi quasi nos aliter doceamus.

Sed talia scribuntur contra nos ab inquietis illis
spiritibus, nulla alia causa, quam quod cum eis non
uolumus esse Sacramentarij, et haec probantur con-
tra conscientiam ab illis qui inter eos optimi sunt,
propter ea tantū, quod qui scribunt Sacramentarij
sunt, Atq; ita omnis error apud eos pietas est, modo
dicas cum eis, panem Christi, non esse corpus Christi,
Querunt uano labore et impio studio per tota bi-
bia,

EPISTOLAE AD CORIN.

blia, ut aliquam presumptam opinionem contra uerbum dei statuant, & negotium faciant Euangelij ministris, perturbentq; conscientias, & interim in ijs ipsis locis scripturæ quæ tractant, claudunt oculos, ut non uideant ea, quibus statim euanesceret pulchra illa ipsorum cogitatio, qua tamdiu pregnantes laborauerunt, ut parerent nihil, ut rectissime in eos dixeris, Parturiunt montes nascetur ridiculus mus.

Sed quid hæc multis? Quin potius tractamus manifestam illam hoc loco similitudinem de plantatione & rigatione, & illam de ædificatione, imo, quod cōmodius fuerit, singula pene huius loci uerba.

Non gloriemini inquit in hominibus, aut contende pro hominibus, sed gloriemini in solo domino mandat Christo, pro hoc contendite contra Satanam, usq; ad prædi-mortem. Nam Paulus, Apollo & alij Euangeliſtæ, catores non sunt aliud quam ministri, qui preter ministerium sibi commissum nihil uobis præstare possunt, Est autem hoc ministerium, prædicatio Euangelij ab æterno in deo absconditi. Quod quanti Paulus uelit haberí, ut alia eius uerba alibi scripta omittam, infra expressit dicens. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei.

Hæc est magna nostra gloria si tales apud credentes estimemur, sed hæc interim est gloria dei, quia dominus elegit nos in suos ministros & dedit nobis suum Euangelium, alij plus alij minus, alij decem talenta

IN CAPVT TERTIV M.

Ienta, alij quinq; alij unum, quemadmodum hic ait,
Ut cuiq; dominus dedit, Nonne magnum & sanctissi-
mum ministerium dei est, quo non maius sancti angeli
possunt habere, de quo dicit, Per quos eredidisti?
Impium ergo fuerit, & pseudoapostolicum, et dia-
bolica superbia, contemnere hanc tam insignem &
diuinam, hoc est, a deo ministris uerbi datam glori-
am, ex uelle atq; studore, ut homines, non in deo tan-
tum, sed in nobis glorientur.

Ego plantavi, id est, primus apud uos uerbum se-
Semi- minavi, ut liberati a Satana, effectis Christi regnum,
narc. Apollo rigauit, id est, post me prædicauit, ne contra-
Rigare ria doctrina, aut tentatione aliqua adureretur, &
periret quod seminatum siue plautatum erat, Apollo
autem fuisse Corinthi, quando Paulus peragrabat
superiores regiones, et ueniebat Ephesum, testatur,
initium .19, capit. Actorum Apostolicorum.

Incre- Sed deus inquit incrementum dedit, id est, fecit ut
mentū aliquid ex nostra plantatione proueniret, Alioqui
frustra prædicaremus, quemadmodum in Euanglio
uix quarta pars iacti seminis facit fructum multum,
certe non uitio seminis quod bonum est, quemadmo-
dū et in nostris laboribus siue in horto siue in agro,
ubi onia fecimus quæ oportet, nihil prouenit, si deus
non dat pluuiam, solem, commodam tempestate &c.
id quod omnes homines coguntur fateri.

Itaq; præter ministerium nostrum, nihil hic possu-
mus, atq; hoc ipsum dedit unicuiq; deus, secundum
mena

EPSTOLAE AD CORIN.

mensuram, ut uoluit, ut uideas hic nihil esse nostrum,
ut non habeamus de quo gloriamur, ut infra dicit,
Quid habes quod non accepisti? Deus dat semen se-
minanti, creauit terram, ut possit esse frugifera, dedit
tibi manus ad operandum, oculos ad uidendum, men-
tem ut intelligas, alioqui non magis seminares aut
edificares quam bruta.

Sed aiunt stulti Prophetæ, Deus sine his omnia Rursus
dare posset. De potentia dei non dubitamus, sed propter te
contemptorem non dabit sine humano labore ex-
re, quod uult per humanum laborem prouenire, terno.
potest quidem deus omnia, sed quid uelit ignoramus,
nisi ex ipsis uerbo doceamus, Verbum hic est,
In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Ad quod
Paulus respicit dicens, Qui non laborat non man-
ducet, & hanc ordinationem dei fugientes uocat
Paulus inordinatos, & excommunicari iubet si non
resipiscunt, Vbi uero omnia facta sunt per mini-
sterium nostrum, quemadmodum etiam iussit deus,
tamen frustra facta essent, nisi deus facheret ex ter-
ra fructum prouenire. Nam qui plantat & qui ri-
gat unum sunt, id est, hic est minister & coope-
rator dei, similiter & ille, secundum dei uolu-
tatem, æquali sunt conditione omnes ministri. Ut
enim non hic, ita neq; ille, aut aliis facere aliquid
potest sine Deo.

Ministeria exhibent quæ dedit et quæ iussit deus,
quemadmodum

IN CAPVT TERTIVM.

quem admodum Paulus ex impio Christianus factus,
ex persecutore prædicator, prædicat & seminat uer-
bum dei, ut uero aliquid proueniat, in totum sibi
seruauit deus, & potest efficere, ut plus proueniat
nonnunquam fructus, ex illo prædicatore, qui non
magnus habetur, atq; ex illo qui magnus, ut non glo-
rientur prædicatores de nobis neq; nos de illis sed de
domino.

Itaq; unum sunt omnes, si deus dat, prouenit mul-
tum, etiam si unum talentum accepit prædicator, si
non dat, nihil prouenit etiam si decem talenta acce-
pit prædicator, Ministri sunt, præter ministeria nihil
possunt, atq; hæc ipsa sunt dei.

Pro VNVSQ VISQ VE T AMEN exc.
gratia Ex hoc loco qui non agnoscunt gratiam dei, sed po-
dei & tuis gaudent impugnare, producunt sua merita, quasi
operi= deus debeat nobis reddere uitam æternam, pro ope-
bus bo. ribus bonis, cum tamen Christiani talia merita sibi
nis arrogare non possint, scientes quid fuerint ubi erant
contra infidelitate, erroribus, et peccatis, et quid per Chri-
meritu stum à deo acceperint, ut uni gratiae dei, per Iesum
huma= Christum, omnia referant accepta, nihil suis meritis
num. aut iusticijs, secundum illud Pauli Tit. 3. Postquam
bonitas & erga homines amor apparuit seruatoris
nostrí dei, non ex operibus iusticie quæ faciebamus
nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fe-
cit per lauacrum regenerationis et renouationis spiri-
tus sancti, quem effudit in nos opulente, per Iesum
Christum

EPISTOLAE AD CORIN.

Christum seruatorem nostrum, ut iustificati illius gratia, heredes efficeremur iuxta spem uitæ æternæ. Indubitatus sermo, De his uolo ut confirmes, quo solliciti sint, ut bonis operibus præsent qui crediderunt deo, Hæc enim sunt honesta et utilia hominibus Stultas autem quæstiones &c.

In quibus uerbis bona opera quidem uides, sed nō in his meritum uitæ æternæ, sed in operibus & merito Christi, id quod etiam Ephe. 2. sic dicit. Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex uobis, dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur, ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu, ad opera bona, ad quæ præparauit nos deus, ut in illis ambulemus, Hic rursum bona opera audis, sed non his deberi salutē, imo gratiæ dei, qua etiam ad hoc uenimus, ut liceat bene operari, nēpe boni facti, per hoc quod deus imputat nobis iusticiam per fidem &c.

Bona
opera
nostra
sequi-
tur mer-
ces abs-
q; no-
stro
merito

Sed aiunt, Hic Paulus manifeste dicit mercedem deberi nostro labore. Unusquisq; inquit, mercedem accipiet iuxta suum laborcm, quemadmodum alibi scriptura, Deus, inquit, reddet unicuiq; iuxta opera sua Respondet. Tam abest ut hic locus meriti humana- num commendet, ut uel solus possit esse lumen et in- terpretatio omnium locorum, qui in scripturis de mercede pro labore accipienda dicunt.

Mercedem quidem accipimus, & mercedem red- dit deus æternæ uitæ pro labore uniuscuiusq; id est, pro eo quod unusquisq; fecit in sua uocatione quæ

I debuit

IN CAPVT TERTIVM.

debuit, sed inde non sequitur nostro merito nos accipere, laborem quidem fecimus, sed is non est dignus, ut pro eo detur uita aeterna, Si enim non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, quomodo condigna erunt nostra opera?

Opera bona Opera inquam nostra, quæ pertinent ad uocatio-
nem nostram, quæ non ignoramus deo placere, ne si-
sunt ex officia illa opera bona, & ex cogitato dei cultus me-
cogita dicere putas.

**ti cul-
tus.** Filij sumus quibus debetur hereditas, propterea
quod filij sumus, mercenarios non agnoscit deus, Is-
uult ut quisq; sequatur suam uocationem, & pro la-
bore uocationis reddit mercedem, non quia meruisti,
sed quia ipse promisit, & quia ipse liberalis est, ut
uideas benignitatem & meram misericordiam esse
& in acceptis & in accipiendis dei donis.

Nā quid clarius hoc loco, ubi dicit, Ut cuiq; domi-
nus dedit ministri sumus? Dominus inquit dedit ut ego
hunc, aliis alium laborem faciat, alioqui nihil face-
remus, Et rursus, Dei sumus cooperarij, dei agrico-
lato estis, non nostra, dei ædificatio estis, non nostra,
laboramus quidem, sed illius sunt omnia, id quod ad-
dit. Iuxta gratiam inquit dei, quæ data est mihi. Item
Quid habes quod non accepisti, si autem accepisti,
quid gloriaris quasi non acceperis? ut uideas quan-
recte dixerit Augustinus. Deus coronat in nobis sua
dona.

Quemadmo^z

EPISTOLAE AD CORIN.

Quemadmodum uides etiam in parabola Euangeliæ, quæ proprie-
tate pertinet, nam hic dicitur de labore et opus
labore prædicantium, Pro lucro ad dominum repor-
tato, alius accipit decem ciuitates, alius quinq; quid
debebat dominus seruis, qui fecerant quod debebant,
etiam si nihil daret dominus? pecunia erat domini, strorum
labor erat domini, serui erant domini, lucrum erat Christi
domini, & hic facit ex eis reges et principes, in gra-
tissimi certe, & digni qui abijcerentur, si gloria
rentur hec sibi dcberi.

Quemadmodum Paulus infra cap. 9. dicit. Etsi Euangelizauero non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit, Væ enim mihi si non Euangelizauero, Si enim uolens hoc agi, mercedem habeo, si autem inuitus, dispensatio mihi credita est, &c. Et Christus Lucc. 17. docet nos debere omnia facere quæ ad uocationem nostram pertinent, hoc est abundare omnibus bonis operibus, & tamen merita nostra non iactare.

Facimus enim quia debemus, & ipse reddit mercedem laboris, non quia debet, sed quia uult, Volo inquit huic nouissimo dare sicut & tibi, an non licet mihi facere quod uolo? an oculus tuus inde nequam est, quod ego bonus sum?

Verba Christi in Luca sic habent, Quis autem uestrum, habens seruum arantem aut pascentem boves &c. Sic & uos cum feceritis omnia, que præcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus, quod.

IN CAPVT TERTIVM.

debuiimus facere fecimus, Hic certe non merita iusta etanda audis, etiam si feceris omnia, quæ precepta sunt tibi a deo. Potius orato dicens. Dimitte nobis debita nostra, quia non fecimus omnia, quæ precepta sunt nobis, aut non fecimus perfecte, quemadmodum facere debuimus.

Hunc affectum Christianorum, nempe quod faciunt multa bona, & tamen apud se, hæc ipsa pro nihilo locum habent, magnificantes solam dei patris erga sc̄ misericordiam, uides expressum a Christo, Matt. 25. Tūc, inquit, dicet rex ihs qui a dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Esuriui enim & dedistis mihi manducare &c. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes, Domine, quando te uidimus esurientem & pauperemus &c=

Ex quo loco, iusticiarij maxime putant confirmari sua merita, etiam qui hæc charitatis opera in proximum non faciunt, sed opera ficti cultus & fictæ religionis, pro quibus sc̄ uestiri potius & nutriti uolunt, cum tamen maxime hic gratia dei commendatur, non meritum humanum, quia dicit, eos benedictos a patre suo, reliquis omnibus in maledictione sua manentibus, nonne hæc est gratia? deinde iubet poscidere regnum, non quod ipsis parauerunt, sed quod paratum est ipsis, ante constitutionem mundi, quando ipsi nondum erant, quando neq; malum neq; bonum facerent.

Quia

EPISTOLAE AD CORIN.

Quia uero ex electis erant, ut diximus, fecerunt electorum opera, quemadmodum Ioannis. s. dicit. Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, Non enim potest arbor bona fructus malos facere, Natura spiritus, quo sanctificati sunt, producit ex ipsis fructus spiritus, quos describit Paulus Gal. 5. Iccirco dicit eis, Esuriui &c.

Nam quod talia opera ex Christi fide prouenerunt, satis notum est ex eo quod dicit. Deditis mihi, cum tamen illi pauperibus dederint, significans illos propter Christum, id est, ad Christi gloriam, bona fecisse indigentibus, & se sibi imputasse, quod per credentes factum est pauperibus, maxime credentibus siue, ut Paulus dicit, domesticis fidei, Quod enim, inquit, uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

Ita uult nos deus bene operari, quia nos bonos fecit, per fidem in Iesum Christum, & promittit ope= ex pro ri nostro mercedem, quam ubi promisit debet nobis, missio= non ex merito nostro, sed ex misericordia sua, id est, ne sua non quia dignum est opus nostrum, sed quia ipse hoc debet opus propter fidem, unde prodit, acceptat, & red= nobis mercedem, non promeritam a nobis, sed a se pro= deus, & missam, quemadmodum consolatur afflictos Hiere, non ex ali. dicens Quiescat uox tua a ploratu, & oculi tui merito a lachrymis, quia est merces operi tuo, dicit do= nostro minus.

Quam uero sua merita, ex operibus bonis, que Nota multa in hoc mundo fecerunt, sancti non quæsierint,

IN CAPVT TERTIVM.

declarant suis uerbis dicentes. Domine quando te uidimus esurientem &c. fecerunt illa bona, quia Christus non mentitur, qui dicit eos illa fecisse, & obliiti sunt, nimirum non in ea ressipientes, sed in dei misericordiam.

Alij qui se putabunt suscipiendos propter sua opera, horrende abiijcentur, nam ut habes Matt. 7. quidam tunc dicent, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus siue predicauimus, & dæmonia eie-
cimus & magna signa fecimus &c. quibus dicet, Discedite à me omnes operarij iniquitatis.

Quare uocat operarios iniquitatis, qui opera op-
era tima fecerant, quibus maiora non facerent sancti an-
tij ini- geli in terris, nec mentiuntur coram tremendo iudi-
quita- cio? Certe maiora opera non possunt fieri super ter-
tis etiā ram, et prosunt ista opera alijs, qui credūt per mini-
illi qui stros, quibus dispensatio credita est, etiam si ministri
optiā sint occulte impij, ut Iudas apostolus, sed in hoc digni-
opera sunt damnatione, quod illa quæ alioqui optima sunt,
uiden- uertunt in blasphemiam gratiæ dei, infidele enim im-
tur fe- pietate, in qua mortui sunt, sentiunt se in æternam
cisse. uitam recipiendos, quia illa opera fecerunt, ignoran-
Nota. tes meram esse misericordiam dei per Christum,
quod suscipimur.

Apparent quidem quasi opera fidei dum audis, in
nomine tuo prophetauimus &c. sed infidele est eo-
rum cor, quod interim sic sentit. Ergo sumus susci-
piendi, & non est iustum ut abiijciamur.

Vocat

EPISTOLAE AD CORIN.

Vocat itaq; operarios iniquitatis, quod etiam opera alioqui optima uertunt in blasphemiam dei.

Si igitur ex his operibus non est meritum huma-
num, tace de alijs, Quicquid enim nō est ex fide pec Opus'
atum est, Ex fide non est opus tuum, etiam si angelii non ex
cum dici posset, per quod fiduciam præsumis, quod fide.
habeas remissionem peccatorum, & quod uita æterna
natibi debeatur, Nam opus bonū debet fieri à Chri-
stianis, ad gloriam dei, & in commodum proximi,
fiducia autem in solam dei misericordiam haberit.
Quis enim prior dedit dco & retribuetur ei?

Quim ipsa dei gratia, ipsam sui cognitionem & Gratia
hæreditatem uitæ æternæ, dat nobis pro peccatis no- non me
stris, Venit enim Christus in mundum, non propter ritis i=merita nostra, sed propter demerita nostra, id est, ut mo ma
ipse dicit, nō propter iustos sed propter peccatores, le me-
cum ut dicitur Ro.5. adhuc eramus inimici, quales ritis.
nos omnes inuenit, nempe in nostra impietate, & in-
fidelitate, & peccatis, propter quæ ipse deberet nos
damnare, hoc enim esset meritum nostrum, Ita decla-
rat nobis non nostrum meritum sed suam gratiam, id
quod Esa. xl. sic dicitur. Suscepit de manu domini
duplicia, pro omnibus peccatis suis.

Vbi & hæc legis. Ecce deus uester, Ecce dominus
deus in fortitudine ueniet, & brachium eius domi-
nabitur, ecce merces eius cum eo, & opus illius co-
ram eo, Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio
suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fætas
ipse portabit.

IN CAPVT TERTIVM.

Ecce Christus describitur qualis nobis factus fit,
non audis hic uires nostras & merita, sed eius esse
uires & fortitudinem, cum dominari suo brachio,
pro nobis, contra aduersarias potestates, ipsius esse
mercedem & opus, Ipse est qui uenit querere ouem
certe perditam, non in commodum sibi sed oui, nam
ipse suum gregem pascit uerbo suo, & spiritus san-
cti consolatione, ipse congregat qui per Satanae sea-
etas disperguntur, ipse leuat & portat ignorantiam
nostram, fragilitatem & peccata nostra.

Quod nam hic audis meritum nostrum, nisi meri-
tum dicas quod pascimur, congregamur, leuamur,
portamur? Quod autem bona ouis dat lac & lanam,
sua natura sponte facit ad quod cam creauit deus, sed
in hoc non fudit, sed in sola custodia pastoris, ut pas-
catur, et tuta sit a lupis, et conseruetur, Quemadmo-
dum nos, ex natura spiritus, facimus opera bona, ad
que ut sup. dictum recreati sumus, non tamen fidimus
nisi pastore Christo, qui uenit ut oves uitam habeant,
et abunde habeant, non ut lucrum habeat ex ouibus,
sed ut oves ex ipso habeant uitam æternam, interea
ipse non indiget lacte & lana, quando ne ouibus quia-
dem indiget, Lac autem et lanam, ne simus absq; fru-
ctu bonorum operum, uult alijs hominibus, qui in-
digent, prodeesse.

Hæc gratia per Christum exhibita, etiam his uera-
bis describitur Esa .lx. Omnes sitientes uenite ad
aqua, & qui non habetis argentum properate, emi-
te, absq;

EPISTOLAE AD CORIN.

te, absq; ulla commutatione, uinum & lac &c;

Igitur ex hoc Pauli loco, tantum ahest ut colligas
meritum humanum, ut uel solus illud condemnet, ut
supra ex præcedentibus & sequentibus indicatum
est. Ego inquit meum laborem feci, id est, plantaui,
Apollo suum fecit, id est rigauit, quisq; pro modulo
suo, ut donauit cuiq; deus, quid enim habes quod non
accepisti et accipiemus mercedem, pro eo quod non
est nostrum, sed accepimus per gratiam dei, ut pos-
simus esse ministri et cooperarij dei, mercedem, non
quia meruimus, sed quia ipse promisit, & per mis-
ericordiam liberalis est, alioqui nemini debet.

Vt cunq; enim nostrum ministerium siue nostrum
laborem exhibemus, quem ipse per gratiam nobis Coope-
dedit, ut exhibeamus & simus cooperarij eius, tamē rarij.
uos estis eius non nostra agricolatio, eius non nostra
edificatio, Nisi enim dominus custodierit ciuitatem etc
Sed cum ipse solus operetur hominum salutem, tamē
operari nos uult per ministerium nostrum, Sic enim
ordinauit, ut simus eius cooperarij, Alioqui neq; qui
plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed sine plantatio-
ne & rigatione, non uult deus, ut tibi aliquid boni in
tuo horto proueniat, quemadmodum sine cultu bu-
mano non uult prouenire frumentum, ne interim tua
temeritate contemnas externum uerbum & prædi-
catorum.

Igitur non meritum humanum hic legis, contra
totam scripturam, & fidem Christianam, sed quod

IN CAPVT TERTIVM.

quisq; debet pro sua uocatione, & quod deus reddit iuxta cuiusq; laborem, propter suam misericordiam & liberalitatem, Ut inconcussum stet illud, Quis prior dedit ei, & retribuetur ei? quemadmodū psalmanit. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnium retributionū ciuii, Qui propicius fit omnibus iniquitatibus tuis, & sanat omnes infirmitates tuas, Qui rediuit ex fouca uitam tuam, & coronat te misericordia & miserationibus,

Reddit Non ergo mirum quod scriptura dicit, deum redere unicūq; iuxta opera sua, Ex fructibus enim cundū nos intelligimus uel fidem uel infidelitatem, hæc facit mala opera, id est, non accepta deo, illa autem bona opera, non enim arbor bona potest esse absq; fructu bono, in tempore suo, Et sicut facientes mala sequitur sua sponte infernus, quem comminatus est eis deus, utcunq; infernum non quæsierint, ita facientes bona sequitur sua sponte merces cœlestis, quam eis promisit deus, utcunq; mercedem non quæsierint, certi sunt ex uerbo dei eam non defutaram, non solū quod bona fecerunt, sed etiam quod mala paſsi sunt, quemadmodū Christus ait, Gaudete et exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis, Et Paulus 1. Cor. 15. Itaq; fratres mei dilecti stabiles esote & immobiles, abundantes in omni opere domini senti per scientes quod labor uestr non est inanis in do-

Promi mino.

Hæ promissiones in scripturis sunt fidelibus exhortatae

pro

EPISTOLAE AD CORIN.

hortationum uice, ne in temptationibus deficiant, non pro la-
ut suis meritis inflentur, Sic enim agit erga nos pater bori-
nus ille paracletus, quemadmodū pater erga filios, bus mā
Ita et ad Thess. 2. epistola scribitur, Siquidem iustum datis
est apud deum reddere, ijs qui affligunt uos, afflicti et pro
onem, & uobis qui affligimini relaxationem nobis crucē
scum, cum reuelabitur dominus Iesus de cōelo &c. passa

At uideo nobis obijci locum ex Danielis. 4. Pec- propa-
cata tua eleemosynis redime, & iniuitates tuas mi- ter E-
sericordij pauperum, Ergo aiunt, nostris operibus uange-
satisfacimus pro peccatis, et meremur remissionem lium.
peccatorum, Respondeo, Daniel ibi dat consilium Pecca-
regi impio, & superbissimo, & iam iam iudicio dei ta tua
inter bestias computando, Si ergo rex dedisset elec- eleemo-
mosynas, certo declarasset se consilium hoc suscep- synis
uisse, ex ore Prophetæ, & abiecta diabolica super- redi-
bia, iam se resipiscere, & timere deum, & didicisset me ct.
non hoc opus esse humanum quo remittuntur pecca-
ta, sed misericordiam dei.

Quemadmodum certe omnia opera bona decla= Opera
rant cordis fidem, & certificant etiam nos ipsos de bona
fide & uocatione nostra, ut dicitur Heb. 6. Ita intel= sun si
lige omnia etiam que in apocryphis de eleemosyna gnum
leguntur, ut in Tobia et Ecclesiastico, ut sit prophē- fidei
tia analoga fidci & gloriam dei non transferamus à &c.
deo ad nostra opera.

Non potuit aliter tunc Propheta loqui cum illa
impietate gentili, ubi denunciauerat ei terrorem
dei,

IN CAPVT TERTIVM.

dei, & iudicium paulo post uenturum, Ergo & ad-
didit, forsitan ignoscet deus delictis tuis, Breuiter.
Resipiscere regem uoluit, ut qui præ superbia con-
temneret omnes, etiam deum, per humilitatem serui-
ret contemptilibus, id est, pauperibus, ut ista resi-
piscientia, auerteret dcus iudicium illud ab eo, sed
frustra monuit propheta.

Cur nostri ex hoc loco male interpretantur Da-
nielem, quando quid Daniel sentiat de merito huma-
no, manifestis uerbis dicat ipse cap. 9. Neq; enim in-
quit, in iustificationibus nostris prosternimus preces
ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.

An non Christiani credunt remissionem gratuitam
peccatorum, per Ihesum Christum & per spiritum
dei nostri? Tolle hunc articulum, & nunquam libe-
raberis a peccato aut eris Christianus. Nam si ex
lege est iusticia, ergo Christus gratis mortuus est
Gal. 2.

Epilo- In summa, bona opera facere debemus, ad gloriā
gus. patris nostri, ne dicamus cū illis, qui abutuntur præ-
dicata Euangeli libertate, ergo peccabimus, quorum
damnatio iusta est, Qui autem iactant ex operibus
sua merita, cum illo peribunt qui dixit, Domine gra-
tias tibi ago, quia non sum sicut ceteri homines ra-
ptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus,
iciuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possi-
deo.

In fundamento ergo Christo permane, ut is sit tuus
iustus

E PISTOLAE AD CORIN.

iusticia, & fac quicquid certo nosti deo placere, ad gloriam patris tui, & ipse qui uidet in abscondito, ut dicitur Matt. 6. id est, non tam quid extra facias, alioqui cur abiiceret insignia Pharisaeorum opera? quam quo animo siue qua fide facias, etiam si non nulle aureos, sed tantu? duo æra minuta des cum uida, ipse inquam, qui sic uidet in abscondito, reddet tibi et ipse (ut dictum est Abraæ) erit merces tua magna nimis.

Ostentationem nostram & iactantiam abominatur deus, ceterū siue promissionis et liberalitatis obliuisci non potest, quemadmodum Tit. 1. dicitur, quā promisit ante tempora æterna, is qui mentiri nescit deus &c. Hanc mercedem siue spem uitæ æternae certo nos sperare iussit, quemadmodū Paulus sperat dicens. Scio cui credidi, & certus sum, quod potens est depositum meum seruare, in illum dicm, iustus iudex, ut qui gloriatur non sua merita iactet sed in domino gloriatur.

V T S A P I E N S. His uerbis annexare licet Paulus præcedentia sic, iuxta gratiam dei quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui, sed ut cunctis coniunxeris hic eadem sententia manebit, de labore enim siue prædicationis hic, ut in præcedentibus, dicit, quem dicit se præstissime iuxta gratiam dei acceptam. Est autem hic eadem sententia cū illa Ego plantavi &c.

Ego primus apud uos prædicaui Christum, alijs post

IN CAPVT TERTIVM.

Post me prædicant, uideant uero, num cū Christo colluceniat quod prædicant, Sic Paulus ut apostolus gentium etiam gloriatur Ro. 15. dices, Ita porro amittens prædicare Euangeliū, non ubi nominatus erat Christus, ut ne super alienum fundamētū adificarem, sed quem admodum scriptum est. Quibus non est annuntiatū de eo uidebunt, et qui nō audierant intelligent, Vbi fundamētū uocat primā prædicationem, ne illic intelligas alienū fundamētū, quasi alienū à Christo, quod hoc loco dicat fundamētū Christum, cum intel ligat etiā prædicationem bonorum Apostolorum, sed alienum, id est, aliorum, quod alijs posuerunt, Significat enim se prædicasse ubi nondum erat prædicatus Christus, id quod non licuit ei absq; persecutione.

Secta-
rij tan
tum in
loca no
stra ca
amt.

Pseudoapostoli autem siue pseudoprophetæ, ita etant abundantia spiritus, se missos à deo, trahi à spiritu, & tamen non seminant sua zizania, nisi in illis locis, ubi prædicatū est uerbum dei, quando iam licet eis esse tutis, contra quos præmonuit Christus dices. Attendite à pseudoprophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium &c. Ad uos inquit, qui audistis & recepistis uerbum, Hanc seductorū fraudem, nimium se expertum conqueritur Paulus in omnibus ferè Epistolis, seduxerant enim optimos Galatas etc.

Aedi-
fi-
cere,
Destru-
ere.

Architectum se uocat, id est, principem adificato rum, Solet enim libenter uti adificationis metaphora, ut alibi Dedit nobis deus potestate in adi- ficationē, et non in destructionē, Item Charitas adi- ficiat

EPISTOLAE AD CORIN.

Sicut Itē Omnia fiant ad ædificationem, Sic et Esaias dixit cap. xlix. Venerū structores tui, destruentes et dissipantes te à te exhibunt. Aedificare itaq; est re-
cte docere, et exemplis lucis præire, destruere autem peruerse docere & scandalizare.

Porro sapientem se dicit architectum, quod fun-
damentū posuerit, et uerū solidūq; fundamētū, quod
est Christus ihesu, uera et solida petra, Cōtra, & tul-
tus est ædificator, qui ædificat super arenā, cuius edi-
ficium in tentatione non stabit, quemadmodū hæc ex-
pressit Christus Matt. 7. Ceterum fundamentum hoc
supra ita expresserat, Nos predicamus Christū cru-
cifixum, qui factus est nobis à deo sapientia, iusticia,
sanctificatio & redemptio.

Docere itaq;, quod oportet credere in Christū, id ē,
fidere q; in Christo à deo accepimus et habemus ōnia Funda-
nēc sapientiam, iusticiā, sanctificationē, redēptionē, mentis
est iacere sapienter, ex uerbo dei, fundamentum, Qui ponit
aliā fiduciam docent, neglecto Christo, aliud uolunt prudēs
fundamētū ponere, sed frustra, nō enim propterea a- ædifica-
rena ē fundamentū uerū, quod stultus ædificator som-
niavit eam esse fundamentum, Hoc est quod dicit,
fundamētū aliud nemo potest ponere etc, de quo Chri-
stus, Super hāc petram ædificabo ecclesiā meam, Et
Petrus in Act. Non est aliud nomē sub cœlo datū ho-
minibus, in quo nos oporteat saluos fieri, nō ē in alio
aliquo salus, Quid ergo nobis cū sectis uerba dei l. 1.
cerantibus, & cum iusticiarijs Christi Euangelium
damnantibus

Vnde ☩

IN CAPVT TERTIVM.

Vnde & hic addendo, præter id quod possum
est, confirmat quod docuit de fide siue fiducia in
Christum, & reiicit quicquid alienæ fiduciae, contem
pto Christo crucifixo, & propiciatione quæ est per
sanguinem eius, docturi erant seductores post cum.

Verum de his qui seducunt, id est, destructoribus
infra dicemus ubi dicitur. An nescitis quod templum
dei &c. Interim nunc dicere oportet de ædificatoriis
bus, quibus hoc fundamentum Christus integrum est,
ut iudeant quomodo superædificant, ne pœnitenda
doceant, sed æternam ex uerbo dei ueritatem, de
quibus sequitur, Quod si quis superstruit &c.

TRACTATVS DE LIGNO, FOENO,
stipula, auro, argento, lapidibus præciosis, &
de eorum structoribus &c.

Metaphora Cum hic dicantur metaphorice (id quod nemo negare potest aut unquam negauit) fundamentum, ponere, ædificare, superædificare siue superstruere, aurum, ignis, argentum, lapides præciosi, ligna, foenum, stipula, ædificium siue opus, mirum cur quidam solum ignem, hic absq; metaphora dictum uolunt & contendunt, Purga: ut afferant ex hoc loco suum illud corpore exutaru torium animarum purgatorium, de quo in scripturis nihil est ignem nobis proditum, cum tamen contra potius, si cætera noui: uocabula hic acciperentur absq; metaphora, id quod mus et non dico quam inceptum esset, solum uocabulum ignis non posset

ex

EPISTOLAE AD CORIN.

non posset absq; metaphora siue translatione accipi, propter Pauli manifesta uerba, maxime in eo loco, unde probant ridicule satis illud purgatorium, Sic enim ait, Ipse uero saluus fiet, sed sic tanquam per ignem, Non dicit simpliciter, ipse uero saluus fiet per ignem, uel ipse uero saluus fiet sed per ignem, Sed dicit Sed sic tanquam per ignem, significans suis uerbis, se similitudine quadam et translatione dicere de igne, id quod est uulgare in scripturis, multo magis quam ligna, foenum & alia.

Miror uero, cur non meliori quidem specie, sed non meliori fide, quando absq; metaphora ignem accepterunt, haec interpretati sunt de igne, quo conflagrabit hic totus mundus, in extremo die, ut ait Petrus in secunda epistola? quando ex ueteri translatione semper legerunt, dies enim domini declaravit, quia in igne reuelabitur, et uniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit &c. Dies enim domini in nouo testamēto sēpē significat illum extremū diem, quando dominus Christus iudicaturus est uiuos & mortuos, Hanc itaq; speciem potuissent cū Theophylacto confirmare ex scripturis, que asserunt utrumq; & diem illum domini, & illius diei ignem, & præterea reuelationem occultorum, ut infra cap. 4. dicitur, Donec uenerit dominus, qui & illustratus est occulta tenebrarum, & patefaciet consilia cordium.

Hic ergo aduerte, quod ex græcis constantissime

K legitur

IN CAPVT TERTIVM.

Icgitur, Dies enim declarabit, & non legitur Dies enim domini declarabit, ut scias etiam uocabulum dies, non absq; metaphora positum, proverbialiq; figura dicium, dies declarabit, id quod aliter dicitur sic, Veniet quandoq; in lucem, & Germani dicunt. Las es an den tag kommen, qua figura Christus etiam loquitur Ioannis .3. dicens. Omnis qui mala agit odit lucem, nec uenit ad lucem, ne arguantur opera ipsius, qui autem operatur ueritatem, uenit ad lucem, ut conspicua fiant facta ipsius, quod per deum sunt facta, Et alibi. Nihil opertū quod nō reue labitur.

Sed quid immoror ostendere uocabulū ignis, non posse non esse, hoc loco, metaphoricum, cum hoc tam ex contextu & uerbis manifestum sit, ut uel puer uidere possit, nisi iam pridem hæc nobis obscurassent, suis inceptijs, inceptissimū homines, ut nihil aliud dicam, Quid enim recte doceant, qui ne uocabula quidem attendunt, & orationis contextum, & persuadere uolunt ex inceptis suis interpretationibus, quod ex scripturis nusquam probari potest? non dico interim, quam hoc non sit pium.

Nō rc. Nam ut in hoc loco incepti fuerunt astruentes il-
mitte= lud suum purgatorium, ita magis incepti fuerunt in-
tur ne eo loco ubi dominus dicit. Qui blasphemauerit in
q; hic spiritum sanctum non remittetur ei, neq; in hoc se-
Oc. culo, neq; in futuro, Ergo aiunt, quando dominus di-
cit hoc,

EPISTOLAE AD CORIN.

et hoc peccatum non remitti hic, neq; in seculo fu-
turo, significat alia esse peccata quæ possint remitti
post hanc uitam, in futuro seculo.

Et tamen Christus hic non dicit, quod aliqua pec-
cata remittuntur in futuro seculo, sed simpliciter in-
telligendum nunquam remissionem consequi, qui bla-
phemat in spiritu sanctum, nam eadē uerba sic ex-
presit Marcus. cap. 3. Nō habet remissionem in æter-
num, sed obnoxius est æterno iudicio, Neq; alicubi
asserit scriptura remitti peccata post hanc uitam,
quæ in hac uita remittuntur credentibus, quibus di-
citur, Parati estote, quia nescitis qua hora dominus
uester uenturus est, Et Heb. 9. Statutum est omnibus
semel mori, post hoc autem iudicium.

Non ergo satis est, in rebus nostræ salutis, & in tā
magno articulo fidei, qualem uolunt esse assertionem
purgatorij, sequi humanas cogitationes, & rationis
nostræ consequentias, quemadmodū hic consequi uo-
lunt, Peccatū blasphemiae non consequitur remissio-
nem, neq; in hoc seculo, neq; in futuro, ergo quædam
alia in futuro seculo remittuntur, sed oportet habe-
re manifestam scripturam & uerbum dei, quod cer-
to afferat illud, quod consequentia tua uis inferre,
qualem scripturam de purgatorio illo non habes.

Verum, esto ualeat illæ consequentia, quid aliud
probat quam remitti aliqua peccata post hanc ui-
tam, nondum probat esse aliquem ignem, in quo tor-
queantur

IN CAPVT TERTIVM.

queantur aliquot diebus & annis animæ electorum, neq; probat missis, & uigilijs, & operibus uiuorum satisfieri pro peccatis illorum, qui sunt in illo sæculo futuro, sed probat tantum remitti peccata quaedam in futuro sæculo, Debitum quod remittitur non persoluitur, neq; partim remittitur peccatum, partim persoluitur, sed simpliciter remittitur, Ideo etiam ista consequentia non probatur, quod ibi satisfacendum est pro peccatis per pœnam purgatorijs, An non deus, si ita uellet secundum illam consequentiam remittere peccata in futuro sæculo, possit remittere peccata alio modo quam per purgatorium illud? ut uideas non propter ea sequi quod sit illud purgatorium, etiam si posses tua consequentia probare, quod aliqua peccata remittuntur in futuro sæculo, Nam Christus de remissione dicit, qua deus remittit peccatum, non de pena alicuius ignis, quam sustineant ex utæ electorum animæ.

Vt maxime itaq; probaueris tua illa consequentia ex uerbo Christi. Neq; in hoc sæculo, neq; in futuro remittetur ei, quædā peccata in futuro sæculo remitti, ut tibi interim aliquis hoc inferre permetteret, tamen inde non probasti illum ignem & pœnam atrocam, ut sit inferorum igni æqualis prater hoc solum quod non sit æternus, Nisi ergo alias scripturas habeas pro purgatorio illo, nullas habes.

Remittitur peccatum gratis, ut Dauidi, quando dixit, Peccavi, qui si tunc mortuus fuisset, in finum
Abrahæ,

EPISTOLAE AD CORIN.

Abrae, ut pauper Lazarus, receptus fuisset, absq; omni poena, Poena autem & crux sequitur quidem in hac uita, post peccatum, credentes, non ut peccatum auferatur, quod ante gratis remissum est, sed ut filij dei sustineamus benigni patris uoluntatem, ut David usq; ad finem uitæ, post remissum peccatum, Sic Adæ remissum est peccatum, sed poenam peccati sustinuit in suo mortali corpore, ut nos omnes.

Si igitur Christus de poena peccati dixisset, haberent illic pro suo purgatorio aliquam speciem, licet ne sic quidem ignis esset probatus, posset enim deus aliter punire, quam per ignem, quando uero nō de poena peccati, sed de remissione peccati dicit, & nihil aliud, quam quod negat remissionem consuequi eum qui blasphemat in spiritum sanctum, nihil ex illis Christi uerbis habent pro se, ne secundum speciem quidem.

Sed ne apocrypha quidem illa, quæ solent producere ex secundo Machabeorū, uel una litera de igne illo dicunt, ut non dicam, quod talia scripta non debent nobis facere nouos articulos fidei, quos deus suo uerbo nobis non commendauit, utq; non dicam, quod primus liber Machabeorum plus fidei habet, quod ad historiam attinet, cui secundus liber ut respondeat, iudicene alij

Secundus Ma
chabæ
orum.

Vt uero multum autoritatis apud te habeat ille liber, non ignem illum inde probaueris, de quo ne uerbum quidem dicit, Dicit uero de sacrificio leui-

IN CAPVT TERTIVM

tico, pro mortuis, ut à peccatis soluantur, quia est resurrectio mortuorum, an non ista possent constare si ne illo igne, ut non sit necessarium inferre. Sanctum est pro defunctis orare ut à peccatis soluantur, ergo est aliquis sensibilis ignis, qui puniat sanctos, id est, electos defunctos?

Quod ut uideas recitatibus illius loci uerba, sic habet. Quibus congressis contigit paucos Iudeorum ruere &c. Et uenit Iudas cum suis, ut corpora prostratorum tolleret, & cum parentibus poneret in se pulchris paternis, Inuenierunt autem sub tunicis interactorum de donarijs idolorum, quæ apud Ianiam fuerunt, à quibus lex prohibet Iudeos. Omnibus ergo manifestum factum est, ob hanc causam eos corruisse, Omnes itaq; benixerunt iustum iudicium domini, qui occulta fecerat manifesta, atq; ita ad processus conuersi, rogauerunt, ut id quod factum erat delictum obliuioni traderetur. At uero fortissimus Iudas hortabatur populum, conseruare se sine peccato, sub oculis uidentes, quæ facta sunt pro peccatis eorum, qui prostrati sunt. Et facta collatione, duodecim milia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis sacrificium, bene & religiose de resurrectione cogitans, Nisi enim eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum uideretur & uanum orare pro mortuis, sed quia considerabat, quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & salu-

EPISTOLAE AD CORIN.

¶ salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur, Hactenus ex illo libro.

Valde uidetur amasse hic scriptor, quisquis fuerit, sacrificium pro mortuis, placuerunt duodecim milia drachmarum argenti, modo uera est historia quæ alibi non legitur, Et cū uellet hæc confirmare, ut ab alijs quoq; fierent, ualde commendauit nobis hoc Iudeæ factum.

Primum relinquimus illi scriptori, num recte scripsit, eos cum pietate dormitionem accepisse, de quibus scribit, quod iusto dei iudicio perierant, quia fecerant quod lex prohibet eis.

Deinde Iudeos habuisse quidem sacrificia pro peccatis uiuorum, satis constat ex Leuitici. 4.5. et 6. ¶ c. sed eadem sacrificia uolere pro peccatis defunctorum, unde sciebam? quibus etiam, sub maledictione eterna, preceperat deus, ne quid adderent uerbo dei, nisi forte & tunc sua lucra querentes sacerdotes, abusi sint sacrificijs, ludificantes simplicem populum,

Preterea non malum quidem est argumentum, Iudas iubitus orari pro mortuis, ergo credebat mortuos resurrecturos, sed non ferendum, quod ex facto Iude, ille scriptor uult nobis commendare, quod nusquam uerbum dei commendat, nempe mortuos per sacrificia & orationes nostras absolui à peccatis, etiam talibus, quæ manifeste lex prohibet, & ob quæ iusto dei iudicio illi perierunt, ut in hac historia uides. Sine

IN CAPVT TERTIVM.

uerbo autem dici, quomodo certi erimus, hoc deo placere? Semper argumentis talibus, ex imitatione sanctorum petitis, homines seducti sunt.

Viderit Iudas, si uera est histovria, qua fide hæc fecerit, neq; nos prohibemus, si qui priuatim uelint orare pro defunctis, sed uiderint, ut fide orent, ne oratio sit peccatum, publice autem in ecclesia, neq; doctrina, neq; factio debet probari, quod uerbo dei non possumus defendere, ut sic fideles ministri Euangelij inueniamur, curantes solum quæ deus nobis præcepit, & non addentes ad uerbum dei, ne & nos & alios faciamus obnoxios iudicio dei, cum timore & tremore nobis agendum est, non uanitate opinionum humanarum.

Argumentum itaq; illius scriptoris est. Iudas hoc fecit, ergo sic est faciendum. Si hoc ualeat, ualeat illud, Dauid ille rex & sanctus propheta, commisit adulterium & homicidium, ergo sic est faciendum. Si ait, hæc certo scimus deo disfplicere, respondeo, et illud ignoramus deo placere, non ergo oramus ex fide pro defunctis, dubitare enim non est credere. Si qui autem uidentur sibi hoc credere, id quod non audierunt ex uerbo dei, defendant coram deo, non sumus iudices illorum, deo libenter permittimus sua iudicia, orantes ut credamus uerbo, quod per filium suum nobis uoluit reuelare.

Si quid ergo probare uoluit ille scriptor, primum debuit ostendere Iudam in hoc recte fecisse, quia & sancti

EPISTOLAE AD CORIN.

Sancti possunt peccare, deinde quod factum est à Iuda, ostendere quod pertineat ad omnes, quia non sequitur, Abraam recte immolat filium suum, ergo alij debent filios immolare, Tandem uero inferre. Sancta & salubris &c. Et non sic, Iudas fecit quod nusquam alias factum legitur, quod uerbo dei commendatum non est, Ergo sic est faciendum.

Si autem ita certum est omnia esse bona quæ facit Iudas, ut etiam liceat ex facto eius nobis præscribere legem, id quod non licet ex factis aliorum sanctorum, ne ex factis quidem Christi, cur non bonum etiā dicimus, quod Iudas societatem petiit Romanorum, qui hactenus habuerat auxilium de cœlo, ut non indigeret brachio impiorum?

Talia itaq; scripta, ut omnia alia quæ non sunt in canone sacræ scripturæ, cum iudicio legere debemus, et sacris scripturis non comparare, secundum illud Omnia probate, quod bonum est tenete. Valeant quidem tales libri ad legendum, sed non ad contendendum, hoc est ad defendendum quod prophetia & apostolica scriptura aut non habet, aut etiam non sufficit.

Contendat igitur aliquis pro illo libro, ut uult & quantum uult, de igne illo purgatorij nihil ibi scribitur, sed hoc tantum, quod ubi dormiunt defuncti, possint absolui per preces nostras à peccatis, in quibus eos occupauit mors, ut interim dum dormiunt, oremus ut remittatur eis peccata, ut euigilantes infu-

IN CAPVT TERTIVM.

tura resurrectione, ista peccata non habeant, Dormire enim eos dicit, non iacere in poenis, & absolui a peccatis, non liberari ex igne, Atq; sic loquitur de dormitione defunctorum, quemadmodum scriptura loqui solet.

Quantum uero in hac parte, scriptori credere oporteat, satis diximus, Placeant alijs duodecim milia drachmarum, nobis uero faciat deus ut placeat eius uerbum.

Donec reddas suum illud purgatorium, non magis apte quam per præcedentia, Aliunt enim, Christus dicit Matt. 5. Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcерem mittaris, Amendo tibi non exies inde, donec reddas extreum quadrante, Ergo est aliquis carcер, unde licet quandoq; exire, nimurum persoluto debito, Hic autem carcер est ignis purgatorij, ubi persoluunt electi quod hic non persoluerunt.

Ego, ut non aliud dicam, nihil aliud agi uideo his omnibus uerbis, quam quod se declarant, aut saltem suspectos reddunt, se egregie nescire de quibus affirmant, & facile suis nugis, quibus afferunt purgatorium, persuaderent prudentibus hominibus, purgatorium nihil esse, etiam si aliquid esset.

Quid si esset hæc sententia uerborum Christi, Non exies inde, donec reddas extreum quadrantem, id est nunquam

E PISTOLAE AD CORIN.

est nunquam exies, ut hæc dicta sint non de carcere aliquo aut pœna transiunte, sed de carcere & pœna eterna? Quod quanquam per se ex scriptura satis notum est, tamen uideamus an uerum sit, ex alio loco Matt. 18. ubi idem dicitur, de seruo qui debebat decem milia talenta, & contempta remissionis gratia noluit misereri conserui sui, Sic uero dicitur, Iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, donec redderet uniuersum debitum.

Ille seruus extra carcerem reddere non potuit, quemadmodū territus frustra promiserat, dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi, idco misertus dominus eius, remiserat ei omne debitum, non ignorans quod reddere seruus non posset, & iam argumentamur quod in carcere quandoq; debitor persoluturus est, Vnde queso in carcere accipiet decem milia talenta, que extra carcerem habere non potuisset?

Quod si dicas pœnam illam esse satisfactoriam, Respondeo, hoc hic non dici, non enim dicitur de persoluenda pœna, sed de persoluenda pecunia, donec inquit reddas extreum quadrantem, & donec redideret seruus uniuersum debitum, De debito reddendo dicitur, non de pœna, non enim pœnam debebat seruus, sed pecuniam, pœna autē secuta est, quia soluere debitum non potuit, et remissione debiti se indignum fecerat, atq; hæc pœna duratura est, donec reddat extreum quadrantem.

Annon

IN CAPVT TERTIVM.

An non uides eo peruenisse seruum, ubi est extra omnem sui domini gratiam, ubi per iram domini traditus est tortori, ubi nulla unquam remissio, ne minimi quidem quadrantis, ubi tortor semper redditione debiti siue persolutionem exiget, donec reddatur uniuersum debitum? Quando ergo ille seruus qui tam multa debet, qui non habet unde reddat, qui iam etiam apud dominum alioqui clementissimum amisit remissionis debiti gratiam, non enim uoluit remittere consenseruo suo, quando inquam exibit: donec reddat uniuersum debitum, etiam extremum quadrantem, id est, nunquam exibit.

Corripiat nos benigna patris manus per misericordiam, qui interim territis & misericordiam defuderantibus libenter miscretur, & remittit omnia peccata. Non abijciat uero nos iratus est manu sua, in manum tortoris et carcere, ubi enim exigetur etiam extremus quadrans, nunquam remittetur ne minimi quidem peccatum, sed semper exigetur omnium persolutio.

Exigetur a misero, q[uod] debet esse absq[ue] omni peccato, id quod nunquam fieri potest, quia peccatum nunquam remittetur, remissio enim ibi non est, sed persolutio exigitur, Quando queso saluabitur, cui remissio peccatorum denegatur? In aeternum damnati sunt, quibus non remittitur per misericordiam, sed ut persoluant debitum exigitur per iram, Sic inquit & pater meus celestis faciet uobis, si non remisceritis unusquisque

EPISTOLAE AD CORIN.

unusquisq; fratri suo de cordibus uestris.

Quid est, Sic faciet uobis? Iratus tradet uos tor-
tori, & non remittet uobis peccata, quia non remit-
titis alijs, quemadmodū et alias sēpe dicit, Remittite
& remittetur uobis, Si non remisceritis non remit-
tur uobis. Si autem non remittetur, quam quæso spe-
rabimus salutem? remissionem enim peccatorum per
Christum accipiunt credentes, ut imputetur eis iusti-
cia sempiterna, ubi autem persolutioni tantum locus
fuerit, adūm est de nobis.

Itaq; uides carcerē illum esse damnationem æter-
nam, ex qua exibis ubi omne debitum persolucris
usq; ad extreūum quadrantem, Persolues autē nun-
quam, ergo nunquam exibis, cui enim non remittitur
peccatum, æternæ damnationi manet obnoxius, Nihil
igitur habes ex his Christi uerbis pro poena illa pur-
gatoriij transeunte, quid enim purgaretur ubi nihil re-
mittitur, sed debitum exigitur?

Vt non dicam, quod omnia illa dicunt contra gra-
tiam domini nostri Ihesu Christi, qui factus est nobis
a deo iusticia, sapientia, sanctificatio & redemptio,
si credis hæc omnia habes, & quantum credis tantū
habes.

Quod ergo non habemus reuelatum in sacris li-
teris, qua quæso autoritate astruemus? Aut igitur
claram scripturam produc pro illo purgatorio, aut
committe deo sua iudicia, & illa quæ tibi præcepit
cogitato semper. Satis illusum est nobis per spiritus
impostores,

IN CAPVT TERTIVM.

Impostores, per apparētes umbras, per mēdacia et hō
minū et Satanae, ut perderētur anima, et deus uenter
pro summo deo sacerdotū et clericorū exaltaretur.

Paulus hic descripsit ignem in quem non solum
ligna, fœnum, stipula coniijciantur, ut aiunt de suo
purgatorio, sed etiam optima & sanctissima & di-
uina, quæ sunt aurum, argentum et lapides præiosi.
Omnia coniijciuntur in hunc ignem.

Item Paulus hic descripsit ignē, in quo ut maxime
perirent ligna, fœnum, stipula, tamen seruantur aurum,
argentū et lapides præiosi, Impostores autē fecerūt
inde ignē, qui aurum etiam et argentū et lapides pre-
ciosos, diuitias principum & ditiones regū absumat
Verū me dicere mundus hodie nō ignorat, Sed mundus
ad seductiones debet omnia sua dare libēter, ne sit se-
ductionis finis, eos autem qui Euangelium in salutem
credentium prædicant, agnoscere non debet, Iustus
es domine, et rectum iudicium tuum.

Hec interim diximus contra eos, qui hoc loco
Pauli abutuntur pro illo suo purgatorio, de quo inge-
nue fatetur Augustinus, quod in sacris literis nihil le-
gerit, In Enchiridio enim suo, ubi exposuerat hunc
Pauli locum, quemadmodum alias sēpe solet de igne
Augu=tentationis in tribulatione, ita adiunxit, Tale ali-
stius quid, etiam post hanc uitam fieri incredibile non est,
de pur & utrum ita sit quæri potest, & aut inueniri aut la-
gato= tere, nonnullos fideles per ignem quendam purgato-
rio. rium, quanto magis minusue bona percuntia dilexe=

gunt, tam

EPISTOLAE AD CORIN.

Yunt, tanto tardius citiusque saluari, non tamen tales
de quibus dictū est, quod regnum dei nō possidebunt,
nisi cōueniēter poenitētibus eadē crimina remittātur.

Illic egerat Augustinus contra illos, qui scelerate
uiuunt, & tamen sibi uitam eternam promittunt
post hanc uitam, saltem post aliquem grauem ignem,
in quo absumantur grauia peccata, secundum hunc
locum Pauli, quemadmodū & nunc nostri rapinis,
usuris, fraude, dolis, iniuria, mendacijs & calumnijs,
per omnem uitam congregam sibi aiutias, aut scor-
tationibus & adulterijs polluuntur, à quibus num-
quam animus serio deficit, & morientes dicunt qui-
dem se de talibus dolere, sed ueremur ne nihil plus
serio dicāt, quam antea dixerint singulis annis, male
communicaturi Sacramento corporis Christi, quibus
harpiae illae quæ deuorant domos uiduarum, longas
orationes simulantes nihil non promittunt post mor-
tem, per missas, uigilias, sanctissimi ordinis frater-
nitatem, & communicationem bonorum operum,
& macerationes monachorum, quia monasterijs de
suis rapinis & usuris nimio plus dant, pauperes
hec suffragia post mortem non merentur, nisi for-
te quædam generalia, quando etiam inconditis
contionibus, prouocantur diuites, ut suis oblati-
onibus miscreantur pauperum animarum, quæ non
habent amicos, qui curam earum iam agant, Cer-
te propter ista lucra, nulla est iam maior misericor-
dia in clericis & monachis, quam erga defunctos.

Ait ergo

IN CAPVT TERTIVM.

Ait ergo Augustinus, malos esse interpres, qui ex hoc loco Pauli obscuro, ut ait, interpretantur sententiam, quam Paulus alibi manifeste negat, dices, Neq; scortatores, neq; cultores simulachrorum, neq; adulteri, neq; molles, neq; qui concumbunt cum masculis, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regni dei hereditatem accipient, A quibus Paulus certe non scribit liberari post mortem, per ignem, sed in hac uita, non alio modo quam illic subdit, dicens, Atq; haec eratis quidam, sed absoluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, per nomen domini Iesu, & per spiritum dei nostri.

Interim uero etiam uidere licet, quam modestus vir fuerit Augustinus, & nimium in hac parte modestus, quod non ausus fuerit contradicere multorum etiam tunc inuulgatae opinioni, de purgatorio post hanc uitam igne, Tale inquit aliquid etiam post hanc uitam fieri incredibile non est &c. et tamen se nusquam legisse fatebatur, dolebat solum hac opinione impie multos abuti.

Vide etiam eandem modestiam viri, in libro quem scripsit ad inquisitiones Ianuarij, ubi tamen interim ingenue fatetur, etiam suo tempore, ecclesiam traditionibus humanis & consuetudinibus grauataam, quae homines magnificiunt, quamvis sacris literis non sint nobis commendata, neglectis interim ijs que sunt salutis eternae.

Neq; uero Augustinus, quod oratur pro defunctis, aliam

E PISTOLAE AD CORIN.

aliam adducere solet rationem, quam ecclesiæ consuetudinem, licet alicubi utatur testimonio libri secundi Machabeorum, quem tamen in canone sacrae scripturæ non esse, quis ignorat uel admonente Hieronymo, in prologo illo, quem vulgo uocant galeatum? ut nunc non repetam illa quæ sup. diximus de libro illo.

Et Tertullianus in libro de corona militis, manifestis uerbis negat, quod oratur pro defunctis, habere ex sacris scripturis autoritatem, sed dicit tantum esse consuetudinem, quemamodum multa alia quæ ibi enumerat, ex quibus facit suo more, id est Montanico spiritu leges, & circa etiam peccata has leges non seruantibus, & tamen nunc quedam non seruantur, sed penitus etiam ignorantur.

Consuetudo que non est contraria fidei seruanda est, propter charitatem, ut proximus alijs, & non simus scandalo imbecillioribus. Articulum autem fiduciæ, aut legem diuinam (præter id quod diximus de charitate) ex consuetudine facere, ad Montanicum spiritum (quo infectus erat Tertullianus) pertinet, & ad doctrinas hominum, quas Paulus dicit dæmoniorum, Hoc est enim ligare conscientias, quas deus suo præcepto non ligat, facere peccata quæ Christus suo sanguine abluere uenit, Sed hec non sunt huius instituti.

Pius affectus in amicos, ni fallor, fecit consuetudinem orandi pro mortuis, quemadmodum & nunc

L pro

IN CAPVT TERTIVM.

pro defunctis parentibus, uxore, fratribus, liberis,
notis & familiaribus non potest fieri, ut non aliquo
affectu solliciti simus, Alioqui non diceret Christia-
nis Paulus, Nolite contristari de dormientibus, sicut
& cæteri qui spem non habent etc. Hinc non impro-
bamus, si qui hoc affectu post mortem suorum sic orat.
Domine deus, uel Domine Iesu Christe, qui omnia no-
sti, si isti sunt in ea conditione, ut liceat pro eis ora-
re, id quod nos ignorare uoluisti, miserere eorum, At-
ticulum autem fidei facere, ex talibus affectibus, qua-
si talia oporteat fieri, non licet, Conscientia enim
nostra, præter uerbum dei, nihil debet suscipere ne-
cessarium ad salutem.

Verum iam satis diximus, quod neq; ille ignis,
neq; oratio pro defunctis, ex scripturis canoniciis, as-
seri posset, atq; etiam si hanc admiserimus, non sequi
illū esse, Posset enim orari pro defunctis, etiam si no-
torqueretur in igne aliquo, queadmodū diximus ex
historia illa Iude Machabæi, si uera est, ut oraretur
solum, quo absq; peccato inuenirentur, in resurrecti-
one nouissima resuscitati, quemadmodum haecenus
cecinerunt, Absolue domine animas eorum ab omni
uinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria, inter
sanctos tuos resuscitati respirent, quemadmodum
etiam sere omnis cantus habet in illis uigilijs, ubi de
defunctis agitur, Nam, ut taceam illarū uigiliarum
multa, que nihil ad defunctos pertinent, pro peccat-
is defunctorum oratur, de igne non fit mentio.

Vides

EPISTOLAE AD CORIN.

Vides quid permittam non malis affectibus in
orando, quando Christianorum est orare, non autem
statuere ignem de quo ignorant. An autem sic non
profit oratio pro defunctis, quemadmodum non pro
dest pro angelis & pro dæmonibus, uiderit deus,
Ego quod deus non uoluit reuelatum, assertere non
debo. Qui non orat pro defunctis non peccat, quia
non est à deo mandatum, qui autem orat, uideat qua
fide id faciat, Nundinationes uero illæ sint Anathe-
ma.

Quia uero sanctus Gregorius Episcopus siue pa-
pa Romanus, magna occasio fuit nundinationis missa
rum pro defunctis, Dicam iudicium meum de reue-
lationibus illis spirituum, de quibus scribit nonnun-
quam, maxime in libris dialogorum, non ut detre-
ctem gloriae sanctorum, id quod nemo bonus tenta-
rit, sed ut gloria ueritatis dei, contra errores efful-
geat, ad eruditionem multorum.

Hunc uirum optimum fuisse, qui diligenter cura-
rit gregem sibi commissum, longeq; meliorem mul-
tis sibi in eodem episcopatu succendentibus, nemo ne-
gat, qui eius libros et cōciones legerit, Sed ex nume-
ro illorū fuisse puto, de quibus Christus dicit, Ut etiā
in errore mittantur, si fieri potest, electi, Multa enim
suis scriptis cōfirmauit, que si ad uerbū dei siue ad Horrē
fundamentū Christū conferas, sunt lignū, scēnū, stipu-
la, et utinā non fuissent multis occasio erroris, ut
uideas quam recte monuerit hic Paulus. Vnusquisq;
uideat quomodo superstruat.

IN CAPVT TERTIVM.

Nam deus, cum ob ingratisudinem nostram, quia non suscepimus dilectionē ueritatis, mult suo iusto iudicio pro contempta ueritate Euangelij, mittere efficaciam erroris, ut Paulus scribit Thessalonicensibus, quomodo potest efficaciorem mittere errorem, quam si ad tempus permittantur errare electi, ut per eorum errorem, non ipsorum uoluntate, quia errant, sed iudicio dei seducantur & errent reprobis perpetuo? Ut ista argumenta reprobis fortia sint, Hoc docuit sanctus Gregorius, et confirmauit apparitionibus spirituum, quos scribit apparuisse, tantus scilicet uir, columna, ut aiunt, ecclesiæ, potuisset errare?

Vides efficaciam erroris propagari per errorem electorum, per signa & prodigia mendacia, ut non mireris de sectis & hereticis, specie uerbi dei & sanctitatis fallentibus.

Quare ista permittit deus? Quia haec argumenta non suscipiuntur, Hoc uult deus suo uerbo, hoc ordinavit deus, quemadmodum suo uerbo testatur, Hoc docet sanctum Christi Euangeliū, hoc credi iubet Christus, ergo suscipiendum est, & quicquid huic contrarium est contemnendū est, ut Satanæ commenatum & doctrinam dæmoniorum. Quod certo dei uerbo non confirmatur non est pro salute suscipiendum, Hæc inquam apud homines non ualent, ergo mittit eis deus operationem siue efficaciam erroris.

Igitur cum ante Gregorium quidem, a quibusdam iactatum

EPISTOLAE AD CORIN.

iactatum fuisset, animabus defunctorum succurri sa-
crificio corporis & sanguinis Christi, id quod inde
accidisse puto, quod ueteres communicaturi, id est,
ipsum corpus Christi & sanguinem secundum Chri-
sti institutionem accepturi, solebant orare pro omni-
bus necessitatibus, quid enim aliud tunc facerent? ibi
affletus erga defunctos, ut diximus, suasit orare etiam
pro defunctis, id quod postea translatum est in cano-
nem illum missæ. Credo autem a Montanistis hereti-
cis, in quibus Tertullianus erat, hanc consuetudinem
cepisse, a quibus & ieiuniorum leges impie suscep-
mus.

Cum inquam etiam ante Gregorium, sic iactatum
fuisset, ab alijs autem contradiceretur, quod hoc
nusquam in scripturis sanctis haberet autoritatem,
ipse quod specie scripturarum non satis potuit, appa-
ritionibus illis spirituum, qui missas (ut nunc uocant)
postulant, asseruit, unde apud nos tantæ nundinatio-
nes, et superstitiones missarum, locorum quasi sacro-
rum, indulgentiarum romanarum, fraternitatum &
aliarum obseruantiarum subsecutæ sunt, ut Christus
ita obscuratus sit, ut uix nomen Christi apud nos man-
serit.

In quarto enim libro dialogorum, scribit alium
spiritum, quasi corporaliter & corporali obsequio
seruisse in balneo, & postulasse immolationis sacrae,
ut dicit, remedium, alium alibi apparuisse, Quia in-
quit ex re, quantum profit animabus immolatio sacrae

IN CAPVT TERTIVM.

oblationis, ostenditur, quando hanc & ipsi mortuorum spiritus a uiuentibus petunt, & signa indicant, quibus per eam absoluti uideantur. Hæc ille.

Illusio Quasi uero tales spiritus non multi apud nos nes sp̄i ubiq; fuerint, qui noctu texerint suauiter homines, ritu, qui curarint pecora, qui liserint in domibus, qui terroritarint homines, qui familiares fuerint quibusdam, qui demulserint aures quasi citharæ cantu, item qui postularint missas, uisitationes urbis Romæ et aliorum locorū, redierintq; postquam factum erat quod petierant, ac gratias egerint, quod talibus operibus meruerint liberationem, Ita uero iam tandem securus, suis regnabat Satan illusionibus, ut etiam ludens deciperet, quid enim iudicij haberent homines relictu uerbo dei.

Quando ergo sancto viro Gregorio placuit scribere, in hac parte, quæ ei narrabantur, & nihil dijudicare talia secundum uerbum dei curauit, ut sciret num essent ex deo an ex Satana, cur non & ego scribam quæ à fide dignis narrantur.

Factum quandoq; in Pomerania narratur, ut postquam magno sumptu et labore, confectum fuerat iter uersus Compostellam uel Romanam, & in patriam reuersus qui abierat, gratias egerit spiritus qui talia postulauerat, non tamen inquit sum liberatus, quia uiator in quodam loco transiunctus per flumen, tantum pro se dedit pecuniam nauclero, & non etiam pro me, sic enim persuasum est ibi multis, oportere in talia

EPISTOLAE AD CORIN.

in talibus locis dare duplē pecuniam, quæ non
grauatim accipitur, alteram scilicet etiam pro spi-
ritu, qui uadit cum uiatore suo, aut, ut ferunt, porta-
tur ab eo, Quo quid quæsuit ille nequam spiritus
aliud, quam ut rursum grauaret frustra bonos homi-
nes, maiori sumptu, labore, & superstitione?

Ferunt non unquam postulatum à spiritu, ut per
uirginem aliquam liberaretur, si illa iret ad illum
locum diuē uirgini, matri Christi, sacrum, atq; illam
ad ædes proprias redijſſe cum benedictione dei, id
est, grauido utero.

Dicam præterea quod ego scio, Quidam presby-
ter, qui nunc non procul habitat ab hac ciuitate, dū
adhuc agebam in Pomerania, ante reuelatum rursus
Euangelium, accedit ad me stantem coram altari, ut
celebrarem missam, & interrogauit dicens, Quid
censes faciendum? Monialis quedam ex nostris,
ait, spiritum amici defuncti postulasse pro se quinq;
missas, se autem curasse quinq; missas per illum sa-
cerdotem, redijſſe etiam spiritum & gratias egisse
pro missis celebratis, & se fuisse liberatum per illas
missas, nisi presbyter in una missarum legisset Euā-
gelium, quod non oportuit in illa missa, ecce iro me
rogat, ut pro illo spiritu, rursum legam quinq; alias
missas, Ego statim indignatus huic illusioni, respon-
deo, Non est bonus spiritus, cui non placet Euāgeliū
quodcunq; in quacunq; missa legeris, Non suscipe
oblationes, neq; celebra missas pro illo spiritu, non

IN CAPVT TERTIVM.

enim in toto missali libro aut in totis biblijs inueni-
res unum aliquod Euangelium quod illi placeret.

Ludibria ergo Satanæ sunt hæc commenta, maxi-
me tunc quando quod uerbo dei non est nobis reucla-
tum ex mortuis discimus.

A Grego Falsis testimonij scripturæ utitur Gregorius, ma-
rio non xime duorum locorum, alterius ex uerbo Christi,
recte Non remittetur ei hic neq; in futuro, quo & alij ab-
citata usi sunt, alterius ex uerbo Pauli, Ipse autem saluus
testimo fiet, sic tamen quasi per ignem, de quo tamen loco
nia. ipse dubitat, & dubitandum alijs relinquit, in codē
quarto dialogorum, ubi sic ait, Quamvis hoc de igne
tribulationis, in hac uita nobis adhibito, posset in-
telligi, tamen si quis hæc de igne futurae purgationis
accipiat, pensandum solicite est, quod illū per ignē
dixit posse saluari, non qui super hoc fundamentum
ferrum, æs uel plumbum ædificat &c.

Cōtra Nos uero contra eius hanc sententiam, quam nul-
reuelati- la scriptura habet, & quam ex reuelationibus spiri-
tione- tuum asseruit, agimus certissimis & infallibilibus
spiritu scripturarum et fidei nostræ testimonij, si forte ali-
m. n. qui sint qui audire uelint.

Primum illi spiritus postularunt, quod scriptura
nobis non commendat, Sacramentum enim corporis
et sanguinis domini nostri Iesu Christi, instituit Chri-
stus uiuis, ad edendum & bibendum in sui commemo-
rationem, non ut offeratur pro mortuis, An nobis im-
pune licet addere uerbo Christi, contra illud Deut.

12. Quod

EPISTOLÆ AD CORIN.

12. Quod tibi præcipio hoc tantum facito domino,
nec addas quicquam nec minuas, & prou. 30. Ne ad-
das quicquam uerbis illius & arguaris inueniarisq;
mendax.

Deinde hac ratione factum est contra mandatum
dei, & manifestam scripturam, talia prohibentem,
Nam cum deus de statu & conditione mortuorum,
nihil in scripturis nobis uolucrit reuelare, nos tamē
ex mortuorū, ut putatur, spiritibus, tam multa didi-
cimus, ut uel hæc sola prædicemus, Pauca scripsit
Gregorius, deinde factum ut ludibriorum istorum,
& mendaciorum non sit numerus, contra præceptū
dei Deut. 18. ne queramus ex mortuis ueritatem, ab-
ominatur enim hoc dominus, Et Esaiæ .s. idem pro-
hibetur, & additur, Ad legem magis & ad testimo-
nium, quod si non dixerint iuxta uerbum hoc, non
erit eis matutina lux.

Quod ergo contra præceptum dei fit, non po-
test non esse à Satana. Atq; ita omnes sentiunt, re-
fuscitationem Samuelis, illusionem fuisse Satanae,
quia contra præceptum dei ibi ueritas querebatur
ex mortuo, Præterea habes in Euangelio, quod diues
frustra postulat, reuelationem fieri fratribus per La-
zaram, sed audit. Habent Mosen & Prophetas, hos
audiant. Et tamen ille diues tantum postulauit an-
nunciari uerbum dei in scripturis reuelatum, non
secreta que deus non uoluit reuelata, Vnde audit, Si
Mosen & Prophetas non audient, neq; audient si

L s quis

IN CAPVT TERTIVM.

quis ex mortuis surrexerit, Hæc récitat Christus, significans scripturis sanctis oportere attendi, non reuelationibus mortuorum.

Itaq; contra hæc tam clara scripturæ testimonia, & dei præcepta, impium fuerit urgere aut premere Christianos autoritate Gregorij, aut Augustini, aut aliorum, id quod illi sancti viri non postularunt, Sine his enim possum esse Christiani, quando etiam optimi Christiani fuerunt, antequam Augustinus, Gregorius & alij nascerentur, & tamen nunc hereticum est, propter uerbum dei ab hominum opinionibus decedere, pium uero homines de uerbo dei recte sentientes occidere, sed uiderit de his dominus.

Auto= Nobis clamat pater ē cœlis. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite, Et Mō= Christi ses de Christo dicit sub persona dei, Qui prophetam in eccl= illum non audierit, ego ipse requiram ab eo, Et ipse clesia Christus, Ques inquit mæ uocem meam audiunt, ali= sancta, enum non audiunt nec sequuntur, qui non norunt catho= uocem alienorum, Et ad Apostolos dicit, Qui uos licet, et audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit, Vos apostolo inquit, quibus committo Euāgelium(Ite inquit, prædicate Euāgelium omni creaturæ) non illos, qui di= xerim quiduis, sed uos, quos qui audiunt, meam uocē non somnia humana audiunt. Et Paulus audet, Etiā si angelus ē cœlo aliquid Euāgelizet præter id quod accepisti sit Anathema, Ex quibus perspicuum est nec dubitant Christiani, quod solum Christum debe-

mus au-

EPISTOLAE AD CORIN.

mus audire in uerbo nobis relicto, & ministris eius.

Ita etiam audiam Augustinum, Gregorium &
hodie bonos prædicatores, dum audio prædicantes
Christum & Euangeliū, ut audiam tantum uocem
pastoris mei in ipsis, Vbi autem opinione sequuntur
aliorum, aut sua permiscent, adducentes quæ ex scri-
pturis non habere uidentur autoritatem, conferam
illa ipsa cum luce scripturarum, aut cum ratione fi-
dei in Christum, secundum illud Pauli Ro. 10. quod
omnis prophetia debet esse analoga fidei, non obliu-
sar illius regulæ. Omnia probate, quod bonum est
tenete, ne doctrinam dei faciamus & articulos fidei,
ex doctrinis humanis.

De uerbo dei & Euangeliū sancto nobis mandatū
est, non de uerbis hominum ut cunq; sanctorum, nisi
quantum ministri sunt fideles, id est, nihil aliud nun-
ciantes quam ex uerbo dei acceperunt, quemadmodū
infra dicit Paulus. Hic iam queritur inter dispensa-
tores, ut fidelis quis inueniatur, & cap. 7. De uirgi-
nibus præceptum domini non habeo, consilium autē
do, ut sim fidelis tanquam misericordiam consecutus
à deo, Paulus uirginitatem non uoluit præcipere, di-
cens hoc non esse fidelis Apostoli, & nostri ex som-
niis humanis fecerunt graues fidei articulos, auden-
tes hæreticos pronunciare, qui dixerint missas de-
functis non prodeesse.

Dicunt cum Gregorio, graui scilicet argumento,
Qui fiat ut missæ non prosint defunctis, quando ipsi
ſpiri-

IN CAPVT TERTIVM.

spiritus defunctorum eas postulant? Nos autem cum
deo dicimus, abominationem esse dei, discere ex mor-
tuis ueritatem,

Nō so= Nec mirum, ubi non iudicatur secundum uerbum
lū per dei, haec credi ab hominibus, dum putant bonum ali-
sonato quem esse spiritum personatum Satanam, credere
sed eti etiam nunc tandem cœperunt ei, dum cognosci uult,
am ma nec aliud uideri uult quam Satan, nempe in obfessis
nif esto hominibus, in quibus nemo dubitat esse Satanam, uer-
credi- bis, gestibus & actione hoc ipsum testantibus.

tur di= Me puer, quid aliud confirmabat illum accusu-
abolo. in Sternberg, quæ est Meçelburgensium, qui olim di-
Stern = cebantur Obotriti, quam non solum illusio, sed etiam
berg. uis & violentia Satanae, multos corporaliter obfi-
dantis & torquentiss. Iam enim plenius imperium
in homines nostros acceperat, quando, sub specie
Christiani nominis, Christus longius exulabat, Pau-
cos uexabat, ut omnes lucrifaceret, ut scilicet homi-
nes in illo loco, & per illa quæ faciebant illic &
offerebant, sperarent salutem, de quibus non erat eis
mandatum, de quibus non habebant dei promissionē,
Vbi hic dei promissio siue Euangelium: ubi Christus?
Non aliud testimonium illic erat, quam Satanae.

Siquidem homines in Pomerania, & alibi, in a-
gris aut hortis laborantes, ubi deposuerant tunicam,
et ut sit, perulam, raptabantur, nec sinebant se tene-
ri, quin currerent sine uiatico insano spiritu acti
Sternbergam, quam uel à longe salutantes antequam
ingre-

EPISTOLAE AD CORIN.

ingrederentur sanabātur, alij uero ubi ingrediebātur ad locum superstitionis, & ad laceras Iudeorum casas,

Atq; hic clamitabat sacerdos, accursu illo gaudens, Non refert quomodo cūq; huc adueneris, siue claudicans, siue curru uectus, siue etiam dæmone ad ductus, modo uenias, & non negligas tantam sanctitatem & dei gratiam, quæ hic omnibus offertur, nemo iam negligat suam salutem, quam hic certissime invire licet &c.

Ibi tum erectum est nouum monasterium, ne hæc supersticio unquam haberet finem, quemadmodū circa ea tempora & paulo ante, multi loci in nemoribus, agris & montibus, cæpti sunt superstitionibus perpetuis dedicari, ut crederent mendacio qui dilectionem ueritatis non suscipiunt, sed gaudent potius uerbis Euangelij et Sacramentis abuti, Forte presens Satan hanc lucem Euangelij, quam diuina misericordia nunc reddidit nobis, breui uenturam, & ideo uoluit suis miraculis confirmare infidelitatem, ne admitteretur Euangeliū, quod talia condemnat.

Sed non est consilium aduersus dominum, & omnis plantatio, ait Christus, quam non plantauit pater meus eradicabitur, Cæpit enim in illis locis, Euangeliū Christi à quibusdam amari, & publice etiam prædicari, ubi manifeste insanieni diabolo credebatur.

Iam uero huius farinæ & alia referam, Ante duos
ferte

IN CAPVT TERTIVM.

Com- forte annos, id quod ad nos hoc scriptum est, in loco
buror non procul a Brema, quidam obfessus, in publico lo-
co, forte in tēplo, interrogatus a sacerdote, quid sen-
tiret de doctrina Lutheri, num uera esset? respondit
a pla- difficile uoce, & quasi inter fauces laboranti, quanta
ne hi- admodū solet in talibus corporibus, O nehn, O nehn,
stor. id est, nequaquam, nequaquam, Vnde exhilaratus sa-
cerdos, forsitan p̄stor, dixit Saxonice, Dat hore gy
wol leuen frunde, wille gy nicht louen, dat de Lu-
thersche lere unrecht sy? secht id doch de dñuel sul-
uest, id est, iam ipsi auditis amici dilecti, an nondum
iultis credere Lutheranam doctrinam non esse ue-
racem, quando ipsemet diabolus hoc afferit?

Ita hoc argumentum, Quis non crederet diabolo?
apud eos ut apud maxime excēatos, debet esse for-
tissimum, qui dei uerbis & Euangelio domini nostri
Iesu Christi credere non possunt.

Inde conspersus homo ille aqua benedicta, exclā-
mavit latine, Comburor, cōburor, atq; iccirco gan-
dens illc sacerdos, tam prospere omnia succedere,
dixit astantibus. Horet dar, noch wille gy nicht uan
deme wyewater holden, id est, Auditis ne?adhuc
putatis rem uanam esse aquam benedictam?

Postera uero die, rursum conspersus eadem aqua,
non solum tacuit, sed etiam contempfit, Aderant for-
te iam plures, quibus sacerdos ille, miraculum aque
benedictae uoluit confirmare, unde indignatus dixit,
Cur nunc ut heri non clamas, Comburor? Respondit
ille.

EPISTOLAE AD CORIN.

ille, Non est eadem aqua, Admiratus sacerdos, quare inquit, At ille, quia mane quidam sutor immisit in eam digitum, hic noctu suam amplexus fuerat uxorem, siccirco istam aquam nihil moror.

Mox igitur effusa aqua, sacerdos consecrauit suo more aliam, quam ubi obiecit obfesso, audiuit rursum optatum canticum, Comburor, comburor.

Vides quomodo nequitosus sit ille spiritus, et quomodo callidus ad imponendum illis, qui non agnoscunt deum in suo uerbo, unico mendacio confirmavit aquam benedictam, qua nunc nimis superstitione abutuntur, & damnavit coniugium a deo institutum, aut saltem contemptum fecit & immundum.

Si aqua benedicta habet aliquid sanctitatis, quod prospicit hominibus a deo, iam ne totus quidem inferorum excrcitus posset innutire eius efficaciam, quomodo ergo sutor ille, fortasse bonus vir, suo digito potuit ei uirtute detrahere, qui nihil peccauerat illa nocte, qui non abutebatur illa aqua, prater laudata ab illis consuetudinem?

Quod si ille sutor fecisset, quod nocte solent quidam ex illis qui aquam consecrant, non dixisset tandem, aquam factam languidiorem, aut ad comburendū stupidiorē.

Valet itaq; hoc pro doctrinis demoniorum, prohibentium nubere, et ut credant homines mendacio, qui dilectionem ueritatis non suscipiunt.

Vt autē noris, quā efficax fuerit illa impostura. Nō
longe

IN CAPVT TERTIVM.

longe à loco, in quo haec facta sunt, habitant optimi prudentissimiq; ciues (adeo nemo tutus est à Satanæ illusionibus) non dico qui sint, quia iam ex ipso, per dei gratiam, suos incipiunt ridere lusus, & detestari errores. Hi audientes ita Satanam dixisse, argumentantur. Hac ratione sc, in ecclesijs suis, uix unquam posse habere aquam efficacem, saltem ad comburendum. Cingunt itaq; lapides illos aquam benedictam continentis cancellis ferreis, ita ut digito aliquo aqua tangi non possit, sed hauriri tantum crinito aliquo bacillo, ueriti ne aliquis sutor, nihil sibi mali conscient, aquam redderet nō turbidam, sed frigidorem, forte etiam humidiorem, nam de adulteris, per iuris, usurarijs, mendacibus & fraudatoribus non erat quæstio.

Ex his uidere licet impietatem humanam, Cum sancti prophetæ inculcant, hæc dicit dominus, cum Apostoli & prædicatores ad rauim usq; clamant, Pœnitentiam agite & credite Euangeliu, audite uocem uestru pastoris Christi, non audimus, sed obduraamus corda, Cum uero Satanas loquitur, non dico transfiguratus in angelum lucis, sed iam etiam dete= Obse=cta persona, & ludendo irridens, statim ualet hoc fsi re=argumentum. Quis non crederet? diabolus etiam ip= bapti= se dicit.

Zatiab Preterea circa idem tempus, in noua Marchia impijs Brandenburgensi, quidam obfessi uexabantur, à spiritu monachis immundis, Hi spiritus dicebant se esse Chri= chis, stianos

EPISTOLAE AD CORIN.

stianos dæmones, id quod intelligebatur fuisse Christianos, sed iam dæmones factos, uerum diabolus etiā solet ludere uerbis, quemadmodum olim suis oraculis, ideo potuerunt illa uerba etiā intelligi, quod spiritus illi diceret se Christianos dæmones, id est, Christianorum dæmones, uel uerorum quos persequuntur, uel factorum quos possident.

Huc accesserunt quidam monachi, addentes mendacijs Satanæ sua quoq; mendacia, & dicentes, quod hæc accidissent illis hominibus, propterea quod non rite essent baptizati, ideoq; illos ita obsessos reaptizabant, impissima præsumptione & abusu nominis diuini, et tamē tales rebaptizatores non sunt hæretici, Ad hæc, adhibebant aquā benedictam, herbas consecratas, stolam sanctā, et alias nugas, tantū odio Euāgeliū quod nos prædicamus, ut per ludibriū Satañæ cōfirmarent, Euangeliū nostrum non esse uerum, Hæc fuerunt ad me scripta, & rogatus sum serio, ut responderem quid nam de talibus sentirem.

Sed satis iam digressi sumus, quibusdam ita uolentibus, iam tempus est ut perspicuum reddamus huius De loci Paulini sententiam,

SEQVITVR DE HVIVS LOCI sententia. peri-
bus om-
nes ex

FERE omnes exponunt aurum, argentum, Id ponūt pides præciosos, ligna, fœnum, stipulam, de præter operibus siue fructibus Christianorum, sed non Ambr exponunt eodem modo, Christiana tamen sententia, osium.

M que

IN CAPUT TERTIVM.

quæ ex sacris literis probatur, ut tamen hæc exposi-
tio huic loco non satis conueniat, non grauabor in-
dicare.

Theophylactus exponit aurum, argentum, lapi-
des præciosos, esse castimoniam, coiugium, paupertat-
em uel abundantē elemosynā, ligna, fœnum, stipula-
lam, esse prava facinora, inmundiciā, idololatriam,
auariciam, et his inferiora temulentiam, risum effu-
siorem et similia. Atq; in hoc non conuenit cū alijs,
quod per ligna, fœnum, stipulā, intelligit opera que
mergunt homines in interitu aeternū. Nam pergit, ex
ponens diem domini, quicmadmodū sepe accipitur in
nouo testamento, pro die extremi iudicij. Hinc coa-
ctus, exponit etiam ignem de igne aeterni supplicij,
in quem detrudentur post iudicium impij. Ipse inquit
non peribit ut eius opera, sed saluus erit sic quasi p
ignem, hoc est integer asseruabitur, poenas perpe-
tuo luiturus.

Quis non uidet hæc coactus dici, quam ut ipsa
uerba ferantur sed in hanc necessitatem deductus est,
quia ubi metaphoram reliquerat, non uoluit dicere
quod in scripturis non legerat. Id quod ferendum
est, ut supra diximus, non autem ferendum, quando
ex mala accepta scriptura, quidam interpretan-
tur, quod uerbo dei nusquam est proditum, ut qui
ex hoc loco fecerunt ignem illum purgatorium de-
functorum.

Non fert Paulus hanc Theophylacti exposi-
tionem

EPISTOLÆ AD CORIN.

tionem, Primum , quia dicit ligna, fœnum, stipulam
edificari super fundamentum Christum, Theophy-
lactus autem dicit , hæc esse prava facinora, de qui-
bus Paulus dicit , quod qui talia agunt regnum dei
non possidebunt , quomodo ergo prava facinora
edificantur super fundamentum Christum, ubi fun-
damentum Christus non est ? An putas Christum ibi
esse fundamentum , ubi sceleris edificantur ? Sed
Christum accepit pro falso nomine Christi, contra
eos qui se iactitant Christianos, & pessime uiuunt,
sed de his potuisse suo more dicere postea, ubi Pau-
lus addit , Si quis templum dei prophanat &c.

Dicinde, Paulus de salute in æterna uita dicit, quæ-
admodum hæc uerba non aliter debent accipi. Ipse
uero saluus fiet, non enim non saluari possunt, qui
habent fundamentum Christum , utcunq; damnum
patientur in ijs, quæ nō recte superstruxerunt. Tho-
phylactus uero , præter consuetudinem scripture,
exponit de salute, id est, integra conseruatione cor-
poris & animæ, in æterna morte.

Taceo nunc quod supra indicauimus, quod non
recte ignem uerū facit, ex his uerbis. Sed sic tanquam
per ignem.

Augustinus autem multo melius exponit & lon-
ge exactius, secundum ipsa uerba, quamvis de ope-
ribus, Aurum, argentum, lapides præciosos, uocat
illam uitam , qua semper cogitamus ea quæ dei sunt,
& quomodo placeamus deo , in omni opere bono, et

IN CAPVT TERTIVM.

conuersatione sancta, Lignum autem, fœnum & sti-
pulam, quando interim non nihil pereuntibus bonis
hæremus, cogitantes quæ mundi sunt, quomodo pla-
ccamus uxori, dum tamen talia Christo non præferi-
mus, sed hæc potius quam Christum linquimus, ubi
simul retinere non licet, alioqui in fundamento Chri-
sto nouossemus.

Dieset diem uero domini, libro. 21. de ciuitate dei, uocat
ignis diem tribulationis, quemadmodū & ignem tribula-
tionis, id est, quando dominus nos probat, & adducit
mala, Et recte, Nam & in Prophetis ita sepe uides
nisi se accipi diem domini. Tunc, ut in Enchiridio ait, non
cundū exuritur opus illius, qui aurum &c. superaedificauit,
Augu- quia non ea dilexit, quoru[m] amissione crucietur, Exu-
stinum ritur autem opus illius, qui lignum &c. superaedifi-
cauit, quoniā sine dolore nō pereunt quæ cum amore
possessa sunt. Sed quoniā alterutra conditione propo-
fita, eis potius carere malit quam Christo, nec timore
amittendi talia deserit Christum, quamvis doleat dū
amittit, saluus est quidem, sic tamen quasi per ignē.
Quia urit eum rerum dolor quas dilexerat amissas-
rum, sed non subuertit neq[ue] consumit, fundamenti sta-
bilitate atq[ue] incorruptione munitum.

Vides quam apposite Augustinus, omnia huius lo-
ci uerba exponat, secundum suam sententiam, illud
tamen interim merito in hac expositione offendet
eruditum, & sacra non ignorantem lectorem, quod
pios quosdam dicit, super fundamentum Christum
aedificare

EPISTOLAE AD CORIN.

ædificare amorem pereuntium rerum, quas tamen Christo non præferunt, cum talcm amorem non ædificant.

Aedificare enim ē, studio niti ad id quod sanctum Aedificatas, & hoc ipsum pro iusto bonoq; defendere, Pij siare autem non ædificant super Christum tales affectus, super sed sustinent in infirmitate adhuc, quam infirmitatem Chri- agnoscunt, non pro sanctitate defendunt, orantes deū stum patrem, ut non imputet quod nondum sat habent si= quid sit dei, sat amoris in deum & in proximum, quod non= dum plene possunt ferre dei uoluntatem, quod suis adhuc adhærent. &c. Et certe omnes etiam piissimi dicunt, Remitte nobis debita nostra, sicut & nos re= mittimus debitoribus nostris, Hoc tu dices res ædifica= re, & non potius odisse & destruere? Aedifico illa solum opera super Christum, quæ nisi habeam, Christo non puto me placere, aut quæ credo place= re Christo, si adeptus fuero, Ea autem quæ Augustini dicit lignum, foenum, stipulam, non sunt talia, ergo haberi quidem possunt & sustineri per infirmitatē, quæ peccatum est, quod in fide absorbetur tandem, et non imputatur, propter fundamentum Christum, ædi= ficari autem super Christum non recte dici possunt.

Quando uero placuit eis, hæc interpretari de operibus, non enim uidebant aliud, & fatetur Augu= peri= stinus, hunc locum esse obscurum, uolo & ego multo bus san= certiorem hic de operibus indicare expositionem, in elissi= qua, si hunc locum solum spectes quasi separatum à me. Nota.

IN CAPVT TERTIVM

præcedentibus & sequentibus, omnia uerba Pauli ita conueniant ut nihil posſit offendī. Atq; hoc possum eo certius, quod hæc expositio fluit, ex illa, quā postea indicabo esse ueram & genuinam. Siquidem opera fluvii ex doctrina, propterea enim aliqd apprehendimus, quia docemur hoc esse bonum. Nihil est quod queram hic cum Augustino & alijs anxiis hæc & illa exempla, ut declarem quæ opera sint aurum etc. & quæ lignum &c. sed aperiam latissimum scripturæ campum.

Opera Expono itiq; sic. Aurum & argentum & lapides præiosi, sunt opera fidei, id est, ex fide facta, de quibus ex certo dei uerbo, non potes dubitare quin placeant deo, & faciendo non fidis in talibus, sed in sola dei misericordia. Hæc siue aurum siue argentum siue lapides præiosi sunt, id est, siue maxima siue minima siue minima nobis uideantur, tamen omnia sunt præiosa in conspectu dei, & coram fide nostra.

Preciosum est, laborare in uerbo dei, preciosum seruire necessitatí aliorum, preciosum sancta cōuerſatione prælucere alijs, quin & præiosa sunt, ueteri maritum, seruire domino carnali ut Christo, uerere domum, custodire puerum, arare, non tantum ad oculū domini uel domine, sed etiam propter conscientiam, obedire magistratui, non tantū propter timorem, sed etiam propter conscientiam, ut docuerint sancti Apostoli etc. quæ edificantur super fundatum Christum, quia quisquis in Christum credit, studiose

EPISTOLAE AD CORIN.

studiose sequitur ea, que ex fide uerbi dei nouit
Christo placere, secundum suam uocationem.

Huc adde quicquid toleras, deo infligente, propter eius uoluntatem, dum dicis, Fiat uoluntas tua, aut mundo infligente, propter fidem tuam, sive propter iusticiam, non enim debemus pati ut malefactores, quemadmodum Petrus dicit, ut passio & crux nostra sit ex fide.

Adde etiam omnia que pateris ab infirmioribus fratribus, & omnes molestias, & quicquid omittis propter illos, ne eos scandalizes, omitti enim potest, quod alioqui non est secundum fidem necessarium, secundum illud, Charitas patiens est, omnia sustinet &c.

Miror enim ualde, quod qui multa hic dixerunt de bonis operibus, nihil dixerint de bonis passionibus, quando tamen haec sunt illis multo preciosiores, & prima quas oportet edificare super fundamentum Christum, Aedificantur autem, non quando duris actionibus nos ipsi affligimus, ut monachi et iusticiarij, sed quando confitemur fidem nostram, sive ueritatē dei, coram Satana & mundo, tunc non opus est tibi querere crucem, iam ipsa confessione tibi eam edificasti sive parasti, Itē quando per charitatem seruimus multis, debemus reportare in gratitudinē, contemptū odia, malā nostra bonae uoluntatis interpretationē, Sed quid malorum non esset preciosum nobis, quando etiam preciosa est in conspectu domini mors sanctorum eius?

IN CAPVT TERTIVM.

Habes nunc aurum, argentum, lapides preciosos, non solum bonorum operum sed etiam bonarum passionum, quæ ædificantur super fundamentum Christi ut bona sint, sine quo nihil bonum esse potest, secundum illud. Sine fide impossibile est placere deo, opera & quicquid non est ex fide peccatum est.

super= Ligna uero, fœnum & stipula, sunt opera quasi
stiosæ fidei, id est, quæ aliquo errore putantur esse Christiana, & non sunt. Nam nihil est ut hic dicamus de crassi peccatis, quæ non possunt ædificari super fundamentum Christum, qui enim talia ædificant regnum dei non possidebunt, Illa uero hic oportet intelligi ut uerba cogunt, quæ ædificantur super fundamentum Christi, quæ quandoq; peribunt, quia fundamentum ea non sustinet, licet ad tempus falso putetur sustinere.

Sunt autem opera & obseruantæ infirmiorum Christianorum, & in multis adhuc errantium, quæ pro tempore putant ad Christianismum esse necessaria, & siccirco non potest fieri, quin talibus fidant obseruatis, diffidant ne neglectis, id quod est contra fundatum Christum, cui soli innitendum siue fidendum, maledictus enim qui carnem ponit brachium suum, Ipsi tamen ædificant talia super fundamentum Christum, quia timidis conscientijs, uarentur se non esse Christianos, nisi talia faciant.

De his scribit Paulus Ro.14. Infirmitum in fide assumite &c. Deus illum assumpsit, Tu quis es qui iudas

EPISTOLAE AD CORIN.

dicas alicnum seruum, Domino suo stat aut cadit.
Stabit autem, potens est deus statuere illum, Omnes
stabimus ante tribunal Christi, Noli cibo tuo perde-
re illum, pro quo Christus mortuus est, ne blasphe-
metur bonum nostrum, Itaq; quæ pacis sum sectemur,
et quæ ædificationis sunt ad inuicem custodiamus.

Quorum summa hæc est, Tu edendo ædificas sup
Christum, quia scis hoc Christo placere secundum
cius uerbum, Alius abstinentendo a carnibus ædificat
super Christum, quia credit hoc Christo placere, et,
licet per errorem, displicere si non abstinenteret, Tu
edis cum bona conscientia, ille non audet edere cum
mala conscientia, timet enim deum.

Quamvis quidem interim in hac re erret, timens
deum siue colens, non secundum mandatum dei, sed
secundum mandatum hominum, tamen quia iam Chri-
sti cepit esse discipulus, et in schola Euangeli libe-
ter wult discere ueritatem, propter Christum funda-
mentum ignoscitur ei, et non imputatur error siue
peccatum, peccatum inquam, non quod peccatum sit
non comedere carnes, sed in ista abstinentia aliquid
fiduciae habere, quæ sola habenda est in fundamentū
Christum.

At si tu edendo contemnis fratrem infirmorem,
qui ex te scandalizatur, iam non ædificas super fun-
damentum, non ex fide agis, non est enim ibi chari-
tas, sed agis extra fundamentū Christū, nam hoc deo
placere non potest.

IN CAPVT TERTIVM.

Satis hic fuerit pro tempore infirmoribus fratribus, si alios manducantes non iudicent, id quod interim omittere uix possunt, siccirco ferendi sunt, ut Christus nostros fert errores et peccata, donec deus, qui iam eos assumpsit, ut ament Euangeliū, eos statuat, id est, det eis, ut non infirmi sint, sed stent fortes in fide, nihil humanis iusticijs tribuentes. Quare enim spensis illum utcunq; infirmum, qui in fundamento Christo est atq; tu?

Quæ de edendo dicimus, intelligenda sunt de omnibus medijs rebus, id est, non præceptis à deo, neq; prohibitis, in quibus humana iusticia siue potius præsumptio, statuit conscientijs laqueos, ex quibus imbecilliores Christiani statim emergere non possum, fortiores autem, uel uti talibus uel non uti libera conscientia possunt.

Quia uero indicauimus quæ edificantur super fundamentum Christum opera, siue fint aurum, argentum, lapides preciosi, siue lignum, foenum, stipula, uideamus nunc quomodo probentur.

*Proba
tio o-
perum* Videat inquit unusquisq; quomodo superstruat, ut edificium fundamento conueniat, Non conuenit autem, si non fides siue fiducia sit in solum fundatum, Nam si fiduciae aliquid etiam tribues tuo edificio, iam etiam quod aliqui aurum, argentum & lapides preciosi potuit esse, erit lignum, foenum, stipula, Non enim sustinet deus, ut gloriemur in nostris, sed qui gloriatur in domino glorietur, qui factus est nobis

EPISTOLAE AD CORIN.

nobis à deo sapientia, iusticia, sanctificatio et redem-
ptio, & non potest aliud fundamentum ponи.

Quare debet uidere unusquisq; quomodo super-
struat? Nam inquit, cuiusq; opus, id est, quod super-
struxit, manifestum fiet, Quandoq; enim uidebuntur,
quæ nunc non satis uidemus, oportet omnes Christi-
anos tentari, et in temptatione siue tribulatione, quæ
accidit in hac uita uel in morte, cedunt omnia no-
stra, que sunt lignum, fœnum, stipula, et perstant
sola quæ dei sunt & in deo facta, quæ sunt aurum,
argentum, lapides preciosi.

Accedet namq; aurifaber noster Christus, et pro-
ducet hæc omnia in lucem conspicuam, & proieciet Dics
in ignem temptationis & tribulationis siue probati-
onis, quemadmodum de eo scribitur Mala .3. Ipse
quasi ignis conflans & emundans argentum, et pur-
gabit filios Leui, et colabit eos quasi aurum et quasi Reue-
argentum, & erunt domino offerentes sacrificia in latio
iusticia.

Tunc fit ut restius iudicium habeamus, confirmā-
tio
tur uere bona, que cum fundamento consentiunt, faciūt
comburuntur in isto igne que non consentiunt, Vbi ut ele-
cim reuelatur noster error, in die uerae cognitionis eti a-
legis & Euangeli, ubi probantur nostra bona in dantab-
igne temptationis, necesse est ut damnum patiamur, & omni-
perdamus, utcunq; multum ante amata & magnifi- bus qui
cata & speciosa, que fiduciam salutis nobis faciebat, bus ma-
in iniuriam fundamenti Christi, id quod ignorabamus le fide
interim in hoc errantes. Hic bant.

IN CAPVT TERTIVM.

Hic delectus ciborum, uestium, locorum, personarum, obseruatio dierum, indulgentiae papales, coactae ceremoniae, et alia sine quibus antea iudicabamus nos non esse Christianos, protinus ad diem ueræ cognitionis legis & Euangelij, illius, quia non sunt mandata, huius, quia cum ipso non consentiunt, euancescunt ut fumus, & in igne probationis uel tentationis exuruntur statim, ut foenum & stipula, Quia etiā Christus & Apostolorum prædicatio, deprehenduntur talia manifeste condemnare, si pro cultu dei habentur.

Quæ autem altius animo insiderunt, quia uidetur defendi specie scripturarum, ut quod Iudei ad Christum conuersi, ut est in Actis apostolorū circum cisionem defendunt & iusticiam operum legis, quod nostri disceptant de missis siue abusu Sacramenti, de uotis monasticis, de charactere clericorum indelibili & alijs, possunt quidem fortius hærere in quibusdam, sed tamen oportet ea tandem, à die uerbi dei confundi, & ab igne probationis exuri, lignum enim sunt, quod quamuis non statim, ut foenum & stipula, tamen in igne tandem absumitur.

Quidam enim pertinatores sunt, quam ut statim diei cedant, nisi etiam ignis adhibeatur, quemadmodum dicit dominus Esa. 28, Tantummodo sola uexatio dabit intellectum auditui, id est, prædicationi uerbi dei, quando enim certo uerbo dei & temptationibus nostris nobis declaratur, quod nulla iusticia consistere posse

EPISTOLAE AD CORIN.

re possumus in conspectu dei, ut habeamus bonam conscientiam & fiduciam coram deo, nisi per hanc unam iusticiam que Christus est, cogentur cedere iusticie humanæ, etiā si angelicæ uisæ sint, quemadmodum Paulus dicit, Religiones angelorū. Tunc apparet in luce & igne, fuisse abusum & meras tenebras, quibus sisi sumus, in iniuriam fundamenti Christi, cui soli fidere oportet, & ex his quædam habebimus pro medijs, ut sunt, quædam autē pro illicitis, ut sunt, quæ omnia antea pro necessarijs, et sine quibus non essemus Christiani, habebamus.

Exuritur hic itaq; opus nostrum, & damnum patimur, non solum quia perdimus opus, quod ut salutem nostram & fiduciam nostram amauimus, sed etiam, quia confundimur coram nobis & alijs, cognito errore, quem prius defenderamus, & pro sanctitate adorauimus,

Hic alius perdit, quod legit horas canonicas uingtoni annis, alius quod in monachatu uexauit caput suum, ut uix cerebrum habeat, alius quod facellum edificauit diuine virginis, & quæ pauperibus data opportuit dedit impictati &c. omnia tamen ea fiducia, ut certam per talia inuenirent salutem, obliquit in baptismo Christo promiserint.

Verum istud, inquit, damnum non est damnum, sed is cuius opus sic exuritur, saluus fit, per istum ignem, de quo dicimus, non saluandus, si istud damnum non pateretur, hoc est, si in uana fiducia suorum operum permane-

IN CAPVT TERTIVM.

permaneret, quia hoc esset contra fundamentū Christum, iam autem saluus fit, etiam omisso opere, propter fundamentum Christum, quod uel in die & igne incipit agnoscere, et integrē amplecti, Non enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

Hinc itaq; gloriabimur de isto danno, ut de maximo lucro, quia salui sumus, dicentes cū Paulo Phil. 3.
Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum damna, & existimo omnia damnum esse, propter eminentiam cognitionis Iesu Christi domini mei, propter quem omnia damnum duxi, & arbitror ut stercore, ut Christum lucrifaciam, & inueniar in illo, non habens meam iusticiam quæ ex lege est &c.

Igitur qui opera fidei ædificauit super fundamen-
tum Christum, in tempore probationis non perdet
opera sed mercedem accipiet, quia ea etiam Christus
in extremo iudicio agnoscat, propter fidem & pro-
pter dei promissionem, Qui autem ædificauit opera,
quasi fidei, id est, quæ falso interim putauit deo pla-
cere, nō solum non accipiet mercede, sed etiam dam-
num patietur, tamen cū suo maximo lucro, Dicit enim
cum beato Bernardo, qui sepe frustra, sua uita &
doctrina, inflauerat iusticias humanas, Perditc qui-
dem uixi, sed dominus meus Christus duplaci ure
cœlum possidet, & quia filius est, & quia cruce me-
ruit, altero contentus, alterum mihi donet.

Ecce habes certam interpretationem de operi-
bus,

EPISTOLAE AD CORIN.

bus, ita huic loco conuenientem ut posset aptior alia
qua nō dari ex scripturis, quae propterea omnibus Pauli
verbis conuenit, quia ex illa fluit quā nunc genui-
nam dicemus Ex recta enim doctrina fluunt recta o-
pera, et hæc, si quid non recti habuerint, ex illa cor-
riguntur.

Paulus, si contextū ut oportet, respiciamus, non Genui
hic de cōuersatione Christianorum loquitur, sed de na in-
officio predicatorū, non de operibus quæ faciant sin terpre-
guli Christiani, quæ et ipsa ut diximus, etiam si ange= tatio
lica videantur, peccata sunt, nisi fundamento conue- de do-
niant, sed de opere quod faciat quisq; prædictor, strina
id est, de prædicatione, que nisi fundamento conue-
niat, error est et seductio.

Quod autē de operibus libenter huic locum, ut-
cunq; non male, sed nō satis ad rem, interpretantur,
occasione habent ex ipsis uerbis, quando Paulus se-
pe repetit uocabulū opus, dicens, Cuiusq; opus mani-
festum ficit, et cuiusq; opus, quale sit, ignis probabit,
Si cuius opus manserit, quod superstruxit mercedem
accipiet, si cuius opus exuistum fuerit, damnū patie-
tur. Sed quando cōstare potuit ex præcedētibus et se-
quentibus, hic de prædicatione sive de prædictori-
bus dici, facile fuisset intelligere, etiā opus hic signi-
ficare opus prædictoris, id est, officiū et negotium
prædictoris, Quod enim ē opus consulis aliud quam
ut faciat quod consul debet? Sic opus prædictoris ē,
ut faciat quod prædictor debet, id est, ut prædicet
sive fidcliter doceat.

Pr.e

IN CAPVT TERTIVM.

Præterea tam notum esse debuit omnibus, quam quod notissimum, hic opus significare ædificium, ut metaphora etiam in hoc uocabulo sit, quando dictum est. Alius autem super illud ædificat &c. Sicut ergo hic ædificator prædicatorem significat, ita ædificium prædicationem eius & doctrinam.

Porro si primum dixissent primariam et genuinam huius loci interpretationem, postea licuisset etiam si uoluissent, addere illam quam diximus de operibus, hoc modo, Quemadmodū prædictor siue doctor ecclæsiasticus debet uidere, quomodo superstruat super fundatum Christum, ne doceat de quo paulopost sit pœnitendum, ut omnia consentiant cum fundamento Christo, id quod hic docet Paulus, ita quisq; Christianus debet uidere, quomodo superstruat super fundatum Christum, per quod est Christianus & filius dei, ne superstitionem & sua somnia sequatur, aut in speciem optima cum falsa fiducia, que alioqui possem esse aurum, argentum & lapides preciosi, fiunt autē per falsam fiduciam stipula, fœnum, lignū, ne amplectatur de quibus dubitat, ne fragilitatem pro uirtute defendat, sed potius quicquid sentit, loquitur, agit, patitur, cum fundamento Christo consentiat, id est, ex uerbo dei sciat hoc Christo placere, Quia quicquid non est ex fide peccatum est.

Ita commode adduxissent hoc suam interpretationē de operibus, Nam tametsi Paulus hoc hic nō agat, ut de moribus omnium Christianorum dicat, sed tan- tum de

EPISTOLAE AD CORIN.

tum de opere prædicatorum, tamen alibi sepe agit,
ut non dicam quam sepe hoc agat tota scriptura.

Quando itaq; interpretamur, curare debemus,
non tam ut dicamus quod dici possit, quam quod dici
in loco debeat, quo factio, liberum esto cuius, etiam
addere ex alijs locis, quod pro auditoribus ualere
putatur, modo id commode fiat. Nam utcunq; sancta
tractaueris aliquam sententiam, tamen quid interpre-
taris, si dixeris hoc in uerbis contineri, quod non
continetur?

Igitur rectissime admonet hoc loco Erasmus in
annotationibus, dicens, Mibi, ut simplicissimus sen-
sus, maxime placet, si accipiamus hæc de doctrina
apostolorum Paulo succendentium, Ille bonum posue-
rat fundamentum, Videant inquit ceteri quid super-
struant. Si digna Christo, durabit opus etiam in luce
conspicuum, Sin Iudaismum adiunixerint, fallent qui-
dem ad tempus, ceterum patescet illorum impostu-
ra, simul atq; uero iudicio perpendi cuperit, atq;
hos secutus tantum opera luserit, cogeturq; destructo
quod ædificatum est, aliud superstrucere, id quod eue-
nit Romanis & Galatis, quos Paulus iterum partu-
rit Christo. Atq; hanc sententiam sequitur diuinus
Ambrosius, ne quis meum somnium esse suspicetur,
Hec Erasmus.

Tamen hoc admoneo, quod ædificantes ligna, fœ-
num, stipulam, non licet hic interpretari impios præ-
dicatores, qui ne admoniti quidem per uerbum dei

N resipi-

IN CAPVT TERTIVM.

resipiscere uolunt, Nam de talibus infra dicit Paulus. Si quis templū dei prophanauerit etc. Interpretari uero oportet, hos ædificantes non omnino malos, quia ædificant super fundatum Christum, sed tamen errantes, & se aliosq; in quibusdam seductores, dum pro Christo alijs secundum suam uocacionem consulere uolunt, id quod etiam ex illis uerbis patet, quod damno accepto, salui fiunt, sic tanquam per ignem, Sinunt enim se ueritate argui et damnant ipsis agnitus errorem, ut redeant ad opus suum, quod fundamentum Christus sustinere possit

Et licet Ambrosius locū. Si quis templū dei prophanauerit etc. exponat contra opera illorū qui p̄fime uiuent, quem exponere debuit contra seductores, & sua doctrina à Christi iusticia auertentes, ulcunq; sub nomine Christi, tamen hunc locum, quem nunc tractamus de ædificatoribus rectius cæteris interpretatus est. Miror uero, quod qui post eū fuerunt non sint uirū in hac parte secuti, quādo tamen rectiora per se inuenire non potuerunt, adeo quæ uera, quæ recta sunt contemnuntur. Hoc autem ut uideas, non grauabor eius interpretationem hoc adscribere.

Dei enim, inquit, sumus cooperarij &c. Hoc ad Apostolorum pertinet personam, quos constat dei esse adiutores, dum uicarij sunt Christi. Secundū gratiam dei etc. Gratiam sibi datam dicit, ut dignus esset prædicare Euangeliū, ut & hoc dei esse ostenderet non hominis, Secundum hanc itaq; gratiam, ut sapien
tcm

EPISTOLAE AD CORIN.

tem architectū, fundamentū se dicit posuisse. S. piens architectus est, qui iuxta disciplinā autoris collocat fundamentū, id est, qui secundū traditionem saluatoris Euangelizat. Alius aut superaedificat, Superaedifitia sunt, quæ post prædicationē Apostolorū, a superuenientibus tradūtur, aut malis aut bonis doctoribus. Vnusquisq; aut uideat quomodo superaedificet, id est, ut superaedifica congruant fundamento, ne si obliqua fuerint & friuola, ruinam faciant manente incolumi fundamento, Quia si male docuerit, Christi nomen permanet, quod est fundatum, Doctrina autem mala peribit, sicut dicit Dominus. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Fundamentū enim aliud etc. Ideo nemo potest ponere aliud fundamētū, quia quamvis hæretici sint aliqui, nō tamē docēt, nisi sub nomine Christi, Aliter enim commēta erroris cōmēdare non possunt, nisi interposito salvatoris nomine prædicēt, ut res cōtrarias & absurdas, nominis dignitas faciat acceptabiles. Si quis aut etc. Lapidés preciosi sunt, quos non corrūpit ignis. Tria genera posuit præclara in mūdo, in quibus bona doctrinā significauit, Tria aut alia genera sunt, ligna, scenū, stipula, ut in his corrupta & uana doctrina designata dinoscatur. Cuiusq; opus etc. Hoc est, mala doctrina in igne omnibus apparebit, nunc enim quos dam fallit. Quia enim per ignem examinatio fiet, si in aliquo non inuenit quod exurat, manifestat illum bonum fuisse doctorem, Mala enim & adultera

N 2 doctrina,

IN CAPVT TERTIVM.

doctrina, i^cc circa in ligno, sceno & stipula significata est, ut ostenderetur ignis esse esca. Si cuius opus etc. Cum enim nihil in illo fordinis inuentum fuerit prae doctrinæ, ut in bono auro, ita erit ut tres fratres in camino ignis, mercedem uitam aeternam cum gloria accepturus, quia sicut aurum & argentum et lapides quos ignis non corrumpit, ita & bonus magister incorruptibilis permanebit. Opus autem quod ardere dicitur, mala doctrina est que interibit, Cuncta enim mala peribunt, sicut iter impiorum, quia non sunt substantiae, sed asseuerationes peruersæ. Dannū autem pati est penas perpeti, Quis enim in pena positus iacturam non facit? Ipse tamen saluus &c. Saluum illum futurum dixit, quia non interibit substantia qua constat, sicut & doctrina mala peribit, quia accidens causa est. Ideo autem dixit, Sic tamen quasi per ignem, ut salus hæc non sine pena sit, quia non dixit, Saluus erit per ignem, ut merito suo ab igni non combustus, saluus fiat, examinatus per ignem, sed cū dicit, Sic tamen quasi per ignem, ostendit saluum illū quidem futurum, sed penas ignis passurum, ut per ignem purgatus fiat saluus, & non sicut perfidi, eterno igne in perpetuum torqueatur, ut ex aliqua parte operæ preccium sit credidisse in Christum, Semper enim erubescat necessitatem, qui se uidet falsum defensisse pro uero, Et simili modo semper fiduciam habebit dei, qui abiecto falso secutus est uerum, et spreta impietate succubuit pietati, Extra catholicā enīm quic-

EPISTOLAE AD CORIN.

quicquid est, contrarium est, Hactenus Ambrosius.

Loquamur itaq; & nos de hac sententia, certe aurea, quā à principio indicare debebamus, nisi aliorum ligna, fœnum, stipula nobis obstitissent, quæ prius exusta, luce & examinatione uerbi dei, uoluimus, ne posthac, ut hactenus, pro auro, argento & lapidibus preciosis haberentur.

Videat inquit unusquisq; quomodo superaedificet, vnu-
Id est, quomodo post me doceat, ut quando præter quisq;
Christum non potest esse aliud fundamentum, omnia uideat
quæ docentur, huic fundamento conueniant.

Hoc preceptum neglectum à predicatoribus & do sup
doctoribus ecclesiæ, abusq; primitiua ecclesia, quan- edifi-
do primum Paulus hoc admonuit, usq; ad nostra tem cct.
pora, quanta mala pepererit in ecclesia, destere Hoc
potius licuerit, quam enarrare.

Post prophetas enim & apostolos, quos audire ptū ne
mandatum est, secundum illud, Habent Mosen et Pro glectū
phetas, illos audiāt. Et, Qui uos audit, me audit, de indu-
quo supra diximus, nullū ex omnib. doctoribus, quorū xit om
scripta extant, inuenies, quin puro uerbo dei (quod nes cr-
certe amauerunt, quo fisi sunt contra insidias Satanae rores.
& insultus hæreticorum) addiderit etiam humana Nota.
quædam, aut ab alijs accepta, aut à se inuenta, Boni
nanq; uiri erant, qui iam receptis consuetudinibus,
etiam ecclesiam grauantibus, & fidei non respon-
dentibus, non satis resistebant, id quod tamen, ut p.t=
stres ecclesiæ, per uerbum dei debuissent.

IN CAPVT TERTIVM.

Fatetur hoc ipsum non obscure Augustinus ad Ianuarium, ubi inter alia conqueritur, ecclesiam etiam tunc pressam superseminatis zizanijs, ita ut tolerabiliorem fuisse Iudeorum conditionem dicat, qui quamvis legalibus sarcinis a deo impositis, non tamen humanis præsumptionibus, premebantur.

Præterea homines erant, qui in multis potuerunt errare, quemadmodū Iacobus admonet, Nolite plus res magistri fieri, in multis enim offendimus omnes, Errare facile potuerunt, ubi se non continuerunt in uerbo dei, sine quo itur in tenebris, secundum illud, lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis.

Tertullianus. Nisi non sit error, quod Tertullianus, tantus vir, qui affectarit etiam pro Christo mori, sic insanit Montanico spiritu, ut horrescam legens, Abutitur testimonijs Christi & scripturæ de spiritu sancto, ad statuendum spiritum illum erroris Cataphrygarum, de quo lege historiam ecclesiasticam, ut persuadeat, ecclesiam Christi sub apostolis egisse in cunabulis, ducentis autem fere post Christum annis Montanico spiritu perduci ad maturitatem, & in virum perfectum, atq; hunc spiritum, qui erat in Montano & duabus foeminis, vocat paracletum illum, quem dominus promiserat, dicitq; eum, iam in terris esse domini Christi uicarium.

Quasi uero melior unquam posset esse ecclesia, quam sub apostolis erat, unde enim nascitur & proficit

EPISTOLAE AD CORIN.

ficit ecclesia, nisi ex Euangelio? à quibus aut unquam melius est prædicatum Euangelium, quam ab Apostolis? Sed quis non uidet etiam tunc, externā specie pro perfectione cęptam haberι, non spiritus incrementum? Certe Tertulliani scripta indicant non melius eo tempore habuisse ecclesiam, quam sub Apostolis, quam multa enim prodit, ualde frigida de Christo, multa etiam quæ Christum non sapiunt. Non talia sunt Apostolorum scripta, in quibus ubiq; sp̄rat Christus.

His perfectio est, perfecte nouisse Christum, quo Perfecti sanceti per omniem hanc mortalem uitam, ut etiò uidere licet Ephe. 4. & Phil. 3. Tertulliano autem Tertulianus uelandæ sint, de quo scripsit integrum librum, &c. Sub Apostolis credebatur solum in Christum, nunc etiam addit spiritus sanctus ecclesiæ dei illam perfectionem, ut uirgines uelcentur, sicut aliæ mulieres, Vides ne ineptias tanti uiri, qui uelationem uirginū potuisset quidem suadere, ut honestam rem, non autē debuit docere hoc pertinere ad Christianam perfectionem, satis ridendo errore, Nonne Germani possunt esse Christiani, nihil obstante paracletō uero, si Euangelium Christi suscipiunt, etiam si uirgines suas non uelent? Sed ita oportet ineptire, etiam optimos & sapientissimos uiros, qui se non continent in sana doctrina domini nostri Iesu Christi, sed credunt omni spiritui.

IN CAPVT TERTIVM.

Præterea ut alia taceam, perfectio est Tertulliano, nunc non nubere, & cum non satis recte sentiat de primo Christianorum coniugio, in quo tamen ipse erat, secundas nuptias ut adulteria contra Apostolum Paulum damnat, Lege librum eius de exhortatione castitatis, & librum de monogamia. Si, inquit, Christus abstulit quod Moses præcepit (nempe diuortium) quia ab initio non fuit sic, nec sic ideo ab alia uirtute reputabitur uenisse Christus, cur non et paracletus (Montanicum dicit) abstulerit, quod Paulus indulxit (nempe secundum coniugium) quia & secundum matrimonium ab initio non fuit, nec ideo suspensus habendus sit, quasi spiritus alienus, tantum ut deo & Christo dignum sit quod superducitur? Regnauit duritia cordis usq; ad Christum, regnauerit & infirmitas carnis usq; ad paracletum, Nova lex abstulit repudium, habuit quod auferret, noua prophetia (intellige Montani) secundum matrimonium, non minus repudio prioris. Quæ ergo nunc heresis, si secundas nuptias, ut illicitas, iuxta adulterium iudicamus? Qui potest capere capiat, quando habemus liberi arbitrij potestatem, bonum enim & malum positum est ante nos, ad utrum uoluerimus extendamus manum, Non auferimus nuptias, sed temperamus, si-
cut non auferimus cibos, sed temperando ieunamus, Aliud est legem non nubendi ponere, aliud est modum nubendi statuere &c. Hæc ille.

Vbi uides, tunc quosdam fortiter huic heresi re-
clamasse,

EPISTOLAE AD CORIN.

reclamasse, quemadmodum et Hieronymo reclama-
tum est, qui quamvis soleat multis occupationibus,
subinde dicere, sese non damnare coniugia, ne secun-
da quidem uel tertia, tantum uirginitatis & cæli-
batus Laudare merita, tamen quid aliud sæpe agit,
maxime contra Iouinianum, corradens undiq; testi-
monia, etiam ethnicorum, & abutens scripturis, sæ-
pe etiam inceptissime argumentatus?

Deniq; & hæc dicit Tertullianus, Prime nuptiæ
ex eo constant quod est stuprum, Gratus es, si scemel
tibi deus indulxit nubere, gratus enim eris si iterum
indulsisse tibi nescias, Item, Qui uiderit mulierē ad
concupiscendam eam, iam mechatus est cum ea in
corde suo, Qui autem ad ducendum uiderit, minus
par fecit, quid si etiam duxerit? quod non faceret
nisi ad ducendū concupiſſet, nisi potest duci uxor,
quam & si non uideris, at concupieris saltem, cum
ipsam ducere cæperis &c.

Quo spectant ista, nisi ut Tertullianus etiam ex
primo coniugio faciat adulterium coram deo?

Hæc quoq; eius sententia est, Paracletum in hoc
quoq; esse aduocatum, quod prædicat primas nuptias,
qui potuisset prædicare nullas, si intelligas quæ Chri-
stus uelit &c.

Quasi uero Christus nullas uelit nuptias, aut qua-
si spiritus sanctus possit aliter uel aliud prædicare
quam Christus uelit? quanto rectius dixit Paulus,
non paracletum aut spiritum sanctum esse, sed spiri-

IN CAPVT TERTIVM.

tus erroris & doctrinas demoniorum, quæ prohibent nubere, Contra hoc spiritus sancti in Paulo testimonium, quid opus est impie argumentari & scripturis abuti, & ueritatem spiritu Montanico negare?

Con=
suetu=
do. Ad hæc Tertullianus, ex consuetudinibus recep-
tis, in libro de corona militis, facit leges Christianas, etiam si talia patrocinium non habeant ex uerbo
dei, Et tamen nunc possumus esse Christiani, etiam si
non ut olim, baptizatis ad gustandum prebeatur lac
& mel, & deinde per totam Hebdomadam a bal-
neis abstineatur, etiam si non ante lukanis cætibus
sumamus eucharistiam, etiam si non nefas ducamus do-
minica die & intra pascha & pentecosten ieiunare,
& geniculis adorare, etiam si non omnes res nostras,
& motum, & actiones cruce signemus. Si talia pro
legibus seruanda sunt, quæ ipse tamen fatetur in uer-
bo dei non haberri, faciunt iam contra leges, & Chri-
stiani non sunt, qui hæc non obseruant.

Sed unde conuinces, nos talia non obseruantes,
non esse Christianos? unde credemus tibi hoc asse-
renti? Ex Tertulliano? Quando præceptum est ti-
bi, ut Tertullianum audias? Nonne audisti, etiam si
angelus e caelo, aut etiam nos Apostoli aliud Euange-
lizemus, præter id quod accepistis, sit anathema?

Consuetudo quæ legi diuinæ et Euangeli non ad-
uersatur, hoc est, quam licet Christianis bona con-
scientia seruare, seruanda quidem est, ne simus alijs
san-

EPISTOLAE AD CORIN.

scandalo, aut contemnendo simus alia mali occasio,
aut impediamus bonum quod illa consuetudine cu-
ratur, sed ex ea non sunt faciendi conscientiarum la-
quei, ut Tertullianus saepc solet, dum spiritum sanctū
ad hoc datum conatur probare, ut quæ Christianis
sum ad obseruandum libera ficeret necessaria, quæ=admodum & in prædicto libro de corona militis, ex
consilio Pauli. 1. Corin. 7. fere facit præceptum di-
uinum, propterea quod Paulus habet spiritum dei.
Itaq; inquit consilium & dictum Pauli, diuini iam
præcepti instar obtinuit, de rationis diuinæ patro-
cinio.

Cur interim ista cæcitas? nemo indignetur mihi,
quasi uiris doctis obtrectem, habeant suam autorita-
tem, habeam per me omnia, quæ aliquis eis tribuere
potest, sed nō eleuent uerbi dei autoritatem. Cur in-
terim inquam ista cæcitas, non uidet ista Pauli uerba
ob oculos posita, Melius est nubere quam uiri, Virgo
si nupsit non peccauit, Vidiuus si nupsit non peccauit,
Non uolo uobis iniucere laqueum, Vnusquisq; ha-
bet suum donum à deo &c?

Credo illas ceremonias, de quibus scribit quandoq;
Tertullianus, nō fuisse tunc omnium Christianorum,
sed insanorum Montanicorum, in quibus ipse non
erat postremus, Solent enim heretici & sectarij spe-
cie obseruantiarum se seculo mundo uenditare,
quando ipsis spiritus sancti uerbo contradicitur, &
ipsa sua per uerbum dei tueri, nō possunt. Non fallor,
quia

IN CAPVT TERTIVM.

quia Appollonius de Montano sic scribit. Hic est qui docuit nuptias solui, et qui ieiuniorum leges impo-
suit primus, lege Hislo. eccl., libro. 5. ap. 18. Vides quam tunc accusarint sancti uiri, quæ nunc ut san-
ctissima defendimus, sed ab hereticis pessimis acce-
pta, ut alia contra gratiam dei et libertatem spiri-
tus, secundum prophetiam .1. Timo. 4.

Quanto rectius Augustinus dixit de Baptismo par-
uuloru, id quod repetitur in decretis canoniciis Dist.
8. ap. Qui contempta, Qui inquit contempta ue-
ritate præsumit consuetudinem sequi, aut circa fra-
tres inuidus est et malignus, quibus ueritas reuela-
tur, aut circa dcum ingratus est, cuius inspiratione
ecclesia instruitur. Nam dominus in Euangeliō, Ego
inquit sum ueritas, non dixit, ego sum consuetudo.
Itaq; ueritate manifestata cedat consuetudo uerita-
ti. Hec ille.

Falsum itaq; est, quod spiritus sanctus uenerit, ali-
as leges facere, qui uenit, ut testimonium perhiberet
de Christo, quemadmodum Christus dixit, Ille testimo-
nium perhibebit de me. Ille me clarificabit.

Verum hæc de Tertulliano, qui ut cruditus fit,
tamen contra Christum nobis nihil prescribere de-
bet, quacunq; etiam religionis specie.

Mille Tacco nunc de mille annis, in quibus ait sanctos
anni pro meritis maturius uel tardius, resurrecturos, et
Tertul regnatos super hanc terram, ante extremi iudicij
liani. conflagrationem, ante quam demutentur in nouissimo
die in

EPISTOLAE AD CORIN.

dic in angelicam (ut ait) substantiam, ut per illud in corruptelæ superindumentum, transferantur à terreno in celeste regnum &c. quæ legis libro .3. aduersus Marcionem.

Et tamen hunc Tertullianum, sanctus Cyprianus, insignis Episcopus & Christi martyr, uocauit magistrum suum, dicens, quoties postularet à puerō suo Tertulliani scripta ad legendum, Da mihi magistrū. Sed nos eo iudicio omnes doctores & libros, qui non sunt in canone scripturæ, legere deberemus quo iudicio Cyprianus Tertullianum legebāt, Magistrum enim uocabat, ex quo aliquid discere potuit, errores uero non probabat, id quod Cypriani scripta etiam me tacente fatentur.

Si itaq; ex Tertulliano, suscipis humana coram deo merita, & liberum illud arbitrium, ex Philosophia, non ex fide Christiana receptum, suscipe etiam Montanici spiritus errorē, secundas nuptias esse adulteria, peccatū esse si queras uxorem, etiam per primas nuptias, omnes ecclesiæ consuetudines esse leges dei æternas, consilium Pauli instar habere præcepti diuini, contra eius uerba dicentis, de uirginibus præceptum domini non habeo, sed consilium do. Suscipe deniq; etiam mille illos annos, & carnale illud regnum sanctorum, post resurrectionem non uno anno complendam in terris, antequam fiant angelis similes in nouissimo die.

Cur clamamus, doctores, doctores, doctores, & nō conti-

Omnia
proba-
te etc.

IN CAPVT TERTIVM.

continemus nos inter præscripta uerbi dei & fidei Christianæ? Periculum amamus, idco perimus in illo id est, doctrinis humanis committimus nostram Salutem, & amittimus uerbum dei, sine quo salui esse nō possumus. Hinc fit ut ligna, fœnum, stipulam, quæ doctores sæpe ædificauerunt super fundatum Chrestum, suscipiamus pro auro, argento & lapidibus preciosis.

Sed quando ita cœpimus, uideamus etiam quorundam aliorum ecclesiasticorum doctorum crassos errores, quos uel ipsi postea, aut alijs, secundum scripturam sacram emendauerunt aut etiam damauerunt.

Irenæus. Irenæus, qui floruisse uidetur ante Tertullianum, nam proxime dicitur uixisse temporibus Apostolorum, ita ut iuuenis uiderit Polycarpum Ioannis Apostoli discipulum, hic in libro suo quarto, tantum tribuit libero hominis arbitrio, ut nō solum ad operandum, sed etiam ad credendum, dicat hominem per Error naturam habere liberam facultatem, esseq; fidem maximam humanū opus, quod pro libitu tuo possumus. sis uel facere uel non facere, & ita salutem æternam Nā fit esse in manu tua.

des nō. Si inquit tradideris deo quod est tuum, id est fidē est huius in eum & subiectionem, percipies eius artem, et eris manū perfectum opus dei &c. Et rursus, Non tantum in opus quit in operibus, sed etiam in fide liberum & siue &c. potestatis arbitrium, homini seruauit dominus dicens.

Secundum

EPISTOLAE AD CORIN.

Secundum fidem tuam fiat tibi, propriam fidem hominis ostendens, quoniam propriam suam habet sententiam. Et iterum, Omnia sunt possibilia credenti, & Vade, sicut credidisti fiat tibi, Et omnia talia, suae potestatis secundum fidem ostendunt hominem, Et propter hoc is qui credit ei habet uitam eternam, qui autem non credit filio non habet uitam eternam, sed ira dei manebit super ipsum. Secundum hanc igitur rationem, & suum proprium ostendens dominus, & sui arbitrij & sue potestatis hominem significans, dicebat ad Ierusalem. Quoties uolui congregare &c.

Ex quibus uerbis uides quid Irenaeus, & sine dubio alij tunc, dum nimium tribuunt libero arbitrio, senserint, nempe etiam fidem in Christum, esse in potestate nostra, Mirum, si non ex sacris literis, quod non ex suis temptationibus potuerint discere, quid homo ex se posset, quam enim non sit fides in potestate nostra, docent in primis desperationis & infidelitatis temptationes, ut taceam, quod non video, quomodo sint Christiani, aut fidem Christianam uere habcant, qui ignorant qua ratione fidem acceperint.

Fides, ut ait Paulus, est ex auditu, auditus autem per uerbum dei, uerbum autem dei siue Christi Euangelium non inuenitur in nostra ratione aut libero arbitrio, sed sicut ab eterno in deo absconditum, ut dicitur Ro. ult. nunc autem per illud reuelantur, ut dicitur, 1. Cor. 2. quae nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, Et Christus dicit

IN CAPVT TERTIVM.

dicit, filium nemo nouit nisi pater, & patrem nemo nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare, Tu scilicet poteris credere quod non nosti, in illud spē rare, quod egregie cum omnibus hominibus ignorat, per naturae tuae cæcitatem? Nonne Paulus dixit. Tess. 3. Non omnium est fides, sed fidelis est dominus &c?

At dicis. Esto nemo credere possit sine uerbo Euangeliū audito, tamen quando et ubi uerbum prædiatur, potest libero arbitrio quilibet uel suscipere uel contemnere uerbum, id est, uel credere uel non credere, Respondeo, ne hoc quidem uerum est, quamuis ex hoc ipso deberes agnoscere, fidem esse non in hominis arbitrio, quando eam habere non licet nisi deus offerat suum uerbum.

Non possunt credere ad quos non uenit Euangeliū, neq; omnes qui audiunt Euangeliū, non dico credunt, sed credere possunt Euangeliō, nisi spiritus sanctus det illis ut credant, Nemo enim, inquit Christus, uenit ad me, nisi pater meus, qui misit me, traxerit eum, & Nemo uenit ad patrem nisi per me, Non credet quisq; sua natura, sed tantum nouerit patrem cui uoluerit filius patrem reuelare, Et Ioan. 10. negat phariseos quamuis audientes ex ipso Christo uerbū, posse credere, id quod soli possunt electi, quibus deus ante constitutionem mundi statuit dare fidem. Vos inquit non creditis, quia non estis ex ouibus meis, quemadmodum dicebam uobis, Oues meæ uocem meā audiunt etc.

EPISTOLAE AD CORIN.

Audiunt &c. Et cap. 8. Quare loquela meam non agnoscitis? quia non potestis audire sermonem meum, non dicit, quia non vultis, sed quia non potestis.

Quos ego hic debeo audire, Christum ne, an liberi arbitrij assertores, etiam illos qui dicunt fidem esse in potestate nostra?

Et rursum ait. Si ueritatem dico, quare non creditis mihi? Qui ex Deo est, uerba Dei audit, propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis. Et quid aliud dicit Iohann. 6. quam fidem esse uitam aeternam, & hanc fidem a se dari, non in nostro arbitrio & ratione inueniri, immo ratio ibi potius dicit. Durus est hic sermo, quis potest cum audire? Sic ait Christus. Operemini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam aeternam, quem filius hominis dabit uobis. Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem ille misit &c.

Ergo Paulus Tit. 1. uocat fidem electorum Dei, Et ad Philip. 1. dicit. Vobis donatum est pro Christo, non solum ut credatis in eum, uerum etiam ut pro illo patiamini. Et Ephe. 1. non dicit, Qui credimus ex nostrae potestatis arbitrio, sed qui credimus secundum efficaciam roboris fortitudinis eius, quam exercuit in Christo, cum suscitaret eum ex mortuis, & sedere fecit eum ad dexteram suam in coelestibus, supra omnem principatum &c.

Ecce eadem potentia et efficacia Dei efficitur in nobis quod credimus, qua affectum est, ut resuscitaretur

O Christus

IN CAPVT TERTIVM.

Christus à mortuis, & acciperet omnem potestatem,
in cœlo & in terra. Quanta igitur insania est &
blasphemia, dicere hanc potentiam inesse uiribus &
arbitrio humano, & sacerdota nostra comparare ro-
bore diuino?

Augu-
stimus. Et tamen hoc fecit Irenæus, licet per errorem, &
hic error perduravit apud multos, qui eum docue-
runt & defenderunt, usq; ad Augustinum, qui & ip-
se hoc asseruit & scripsit, non semel in suis libris, ne
& hunc clamores errare non potuisse, Grauis sine du-
bio est error, quando non solum erratur, sed etiam
error pro ueritate defenditur.

Sed hoc fecellit sanctos & bonos uires, quod &
nos, usq; ad haec tempora, nempe quod suscipiebant
illa, quæ per manus tradita fuerant a præcessoribus,
& non iudicabant quedam, num fidei & uerbo Dei
conuenirent. Ideo suscitauit Deus illis hereses, ut uer-
bum suum ostenderet, maiori cura & puritate esse cu-
randum electis, & non sequendam autoritatem ho-
minum, ut cunq; sanctorum, aut martyrum, in rebus
fidei, sed solum Dei uerbum, quo Ecclesia nascitur
& proficit sine quo Ecclesia Christi esse non potest,
ne clames Ecclesia, Ecclesia.

Non Ecclesia Dei, sed Synagoga Satanae est, non di-
co que errat, nam hoc etiam accidit electis, sed que
admonita, non cedit manifesto uerbo Dei. Huic uerbo
nulla autoritas, ne angelorum quidem, nulla consue-
tudo, nulla temporum præscriptio præferenda est.

Sic itaq;

EPISTOLAE AD CORIN.

Sic itaq; & in hac causa accidit, quando etiam, ut dixi, Augustinus hunc errorem scripscrat, Nondum boni uiri audierant Pelagianos, quibus tamen, licet non uolentes, aperuerunt blasphemandi ansam. Suscita uit itaq; Deus, sine dubio per Satanam, Pelagium hæreticum, ut mundaret aream suam ab his paleis.

Ibi cœpit in totum gratia Dei negari, non secundum nomen quidem, sed secundum rem, & omnia tribui libero arbitrio, quam sententiam aures electorum, utcunq; in quibusdam errant, ferre non possunt. Hic fortiter reclamatum est Pelagio, maxime ab Augustino.

Sed quid peccauit Pelagius, si uerum est quod antea Irenæus, & tunc Augustinus scripscrat, & sine dubio multi docuerant, nempe fidem Christianam esse in arbitrio & potestate nostra? Concesso enim, quod homo suo arbitrio & uiribus credere potest, addam tantum hoc unum Christi uerbum, Omnia sunt possibilia credenti, & uicerit Pelagius. Credere potes tuo arbitrio, & ubi credis, potes omnia, quid ergo erit opus gratia Dei?

Quid uero Augustinus, ista Pelagianica tentatione profecerit, quis non uidet in eius de gratia scriptis, quæ postea ædedit, quæ sola puriora sunt reliquis eius scriptis, & ob quæ sola, merito omnibus alijs doctribus præfertur, in quibus omnia gratiæ Dei tribuit, non negans tamen liberum arbitrium, sed relinquens ei nescio quid.

IN CAPVT TERTIVM.

Liberum arbitrium, ait, non potest sine gratia ali-
quid, nisi peccare, cum gratia autem uult bonum &
potest bonum, hoc est, per se nihil boni potest, aut
uult, per Deum autem potest & uult tantum boni,
quantum Deus uoluerit & dederit, ut uelit & possit.

Quam sententiam quis nisi impius negaret? ne se
per Augustinum inflent hodie liberi arbitrij asserto-
res, Quis enim diceret, Deum non dare suis electis bo-
num uelle & posse, quantum ipse uoluerit? Sed quan-
do hoc non faciunt uiribus & arbitrio humano, sed
diuino, abolendum esset uocabulum liberum arbitrii
um, aut soli Deo tribuendum, nam per se, ista vox,
Augu= nullis quam Pelagianis commodior est.

stinus Ut autem uideas istam Irenæi sententiam, quam
suū & & Augustinus sepe scripscrat, non solum, ut dixi, à
Irenæi sacris literis esse damnatam, sed etiam ab illis, qui Pe-
lagium damnarunt, subscribam quædam uerba Augu-
orum stini, suam ipsius sententiam recantantis. Sic enim ait
erro= li. i. retract. c. 9. Voluntatem quidem habemus, sed ni-
rem, si ipsa per gratiam Dei liberetur à seruitute, qua fa-
quo di da est serua peccati, & ut uitia supereret adiuuetur,
xerūt, recte pieq; uiui non potest à mortalibus. Et hoc diui-
fidem num beneficium quo liberatur, nisi eam præueniret,
esse o= iam meritis eius darctur, & non esset gratia, que
pus no utiq; gratis datur.

strum, Et c. 10. Quod uero, inquit, dixi, lumen illud Chri-
damna stus, non irrationalium animalium oculos pascit, sed
mit. pura

EPISTOLAE AD CORIN.

pura corda eorum, qui Deo credunt, & ab amore
uisibilium rerum & temporalium, se ad eius pre-
cepta implenda conuertunt, quod omnes homines po-
ssunt si uelint, non existimant noui heretici Pelagia-
ni, secundum eos esse dictum, Verum est enim omni-
no, omnes homines hoc posse si uelint, sed præparatur
uoluntas a Domino, & tantum augetur munere cha-
ritatis, ut possint.

Et c. 15. Corpore a diligendo peccamus, quia spiri-
tualia diligere, & iusticia iubemur, & natura possu-
mus, & tunc in genere nostro optimi & beatissimi su-
mus. Vbi queri potest, cur natura & non gratia po-
tius dixerim. Sed contra Manichæos de natura que-
stio ueritabatur. Et utiq; id agitur gratia, ut sanata
natura, quod uitiata non potest, possit, per eum, qui
uenit querere & saluum facere quod perierat.

Et cap. 1. Dixi beate uiuere, esse uiuere secun-
dum id, quod in homine est optimum, optimum autem
esse mentem sive rationem. Hoc quidem uerum est.
Nam quantum attinet ad hominis naturam, nihil est
in eo melius, quam mens & ratio, sed non secundum
ipsam debet uiuere, qui beate uult uiuere, alioqui se-
cundum hominem uiuit, cum secundum Deum uiuen-
dum sit, ut possit ad beatitudinem peruenire, pro-
pter quam consequendam, non scipsa debet esse con-
tentia, sed Deo mens nostra subdenda est. Similiter
dixi. In mente arbitror summum esse hominis bo-
num, uerius dixisse, In Deo, Ipsi enim mens frui-

O f tu,

IN CAPVT TERTIVM.

tur, ut beata sit, tanquam summo bono suo.

Et cap. 3. Displicet, inquit, quod philosophos non uera pietate præditos, dixi uirtutis luce fulsisse. Et cap. 22. Dixi in potestate hominis esse, mutare in melius uoluntatem, sed ea potestas nulla est, nisi à Deo detur, de quo dictum est, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Cum enim hoc sit in potestate nostra, quod cum uolumus facimus, nihil tam in potestate, quam ipsa uoluntas est, sed præparatur uoluntas à Domino, eo modo ergo dat potestatem. Sic intelligendum est, quod & dixi postea. In nostra potestate esse, ut uel inseri bonitate Dei, uel excidi eius seueritate mereamur, quia in potestate nostra non est, nisi quod nostram sequitur uoluntatem, quæ cum fortis & potens præparatur à Domino, facile fit opus pietatis, etiam quod difficile atque impossibile fuit.

Et præterea cap. 23. ita scribit. Item disputans, quid elegerit Deus in nondum nato, cui dixit seruiturum esse maiorem, & quid in eodem maiore nondum nato reprobauerit, secundum illud longe post prolatum. Iacob dilexi & Esau odio habui, ad hoc perduxo ratiocinationem, ut dicerem, Non ergo elegit Deus opera cuiusquam in præscientia, quæ ipse daturus est, sed fidem elegit in præscientia, ut quem sibi crediturum esse præsciuit, ipsum elegerit, cui spiritum sanctum daret, ut bona operando, etiam uitam æternam consequeretur, Nondum diligentius quæsiuc-

EPISTOLAE AD CORIN.

quæsiueram, nec adhuc inuenoram, qualis sit electio gratiæ, de qua idem Apostolus. Reliquæ per electiōnem gratiæ saluæ factæ sunt, quæ utique non est gratia, si eam merita illa precedant, ne iam quod datur, non secundum gratiam, sed secundum debitum reddatur potius meritis quam donetur.

Proinde quod continuo dixi, Dicit enim idem Apostolus, Idem Deus qui operatur omnia in omnibus, nusquam autem dictum est, Deus credit omnia in omnibus, ac deinde subiunxi, Quod ergo credimus nostrum est, quod autem bonum operamur illius est, qui credentibus dat spiritum sanctum, profecto non dicerem, si iam scirem etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem spiritu. Vtrunq; ergo nostrum est propter arbitrium uoluntatis, & utrunque tamen datum est per spiritum fidei & charitatis, Neq; enim sola charitas, sed charitas cum fide, à Deo patre & Domino nostro Ihesu Christo.

Et quod paulo post dixi. Nostrum est enim credere & uelle, illius autem dare credentibus & uolentibus facultatem bene operandi, per spiritum sanctum, per quem charitas diffunditur in cordibus nostris, uerum est quidem, sed eadem regula, & utrunque ipsius est, quia ipsa preparat uoluntatem, in utrunque nostrum, quia non fit nisi uolentibus nobis,

O 4 Ac per

IN CAPVT TERTIVM.

Ac per hoc, quod etiam postea dixi . Quia neq; uelle possumus nisi uocemur, et cum post uocacionem uoluerimus, non sufficit uoluntas nostra et cursus noster, nisi Deus et uires currentibus prebeat et perducat quo uocat, Ac deinde subiunxi. Manifestum est ergo, non uolentis neq; currentis, sed miserentis Dei esse quod bene operamur, omnino uerissimum est.

Sed parum de ipsa uocatione differui, que sit secundum propositum Dei. Non enim omnium, qui uocantur talis est, sed tantum electorum. Itaq; quod paulo post dixi. Sicut enim in his quos elegit Deus, non opera, sed fides inchoat meritum, ut per manus Dei bene operentur, sic in his quos damnat, infidelitas et impietas inchoat meritum penae, ut per ipsam penam etiam male operentur, uerissime dixi, sed fidei meritum, etiam ipsum esse donum Dei, nec putauit querendum esse, nec dixi.

Et alio loco . Cuius enim miseretur inquam, facit eum bene operari, et quem obdurat, relinquit cum ut mala operetur. Sed et illa misericordia, praecedenti merito fidei tribuitur, et ista obduratio praecedenti impietati. Quod quidcm uerum est, sed adhuc querendum erat, utrum et meritum fidei, misericordiam Dei praeueniat, id est, utrum ista misericordia ideo tantummodo fiat in homine, quia fidelis est, an etiam facta fuerit ut fidelis esset, Legimus enim dicente Apostolo . Misericordiam consecutus sum, ut fidelis

EPISTOLAE AD CORIN.

fidelis essem, non ait, quia fidelis eram, Fideli ergo datur quidem, sed data est etiam ut esset fidelis.

Rectissime itaq; alio loco dixi. Quoniam si non ex operibus, sed misericordia Dei, & uocamur ut credamus, & credentibus prestatur, ut bene operemur, non est gentibus inuidenda ista misericordia, quamvis ibi minus diligenter de illa, que per Dei propositum fit, uocatione tractauerim.

Hæc omnia ex Augustino libens recitavi, ut uideat condemnasse eum suam & Irenæi & sine dubio aliorum, quæ durauerat per tanta tempora, sententiam, quam diximus, quæ interim per errorem sustinebatur, sustineri autem à pijs ultra non potuit, quando per hanc impius Pelagius blasphemabat Dei gratiam, qua sola saluamur, ibi tum oportebat per diem uerbi Dei, & ignem istum tribulationis Pelagianicæ, exuri & perire, non tam scenum & stipulum, quam magnum lignum Irenæi & aliorum, Impius enim error erat, nisi Deus omnia ferret in suis electis, qui tamen horrendo suo iudicio, per errores electorum, finit impios perire, Nam errores sanctorum potius sequi uolunt, quam uerbum Dei, quod illos errores damnat, & exurit in salutem credentium. Sed pergamus. Cypri

Cyprianus, ille Episcopus eloquentissimus, & anus martyr Deo dignissimus, nonne cum tota sua Ecclesia cū sua & multis Episcopis, grauter errauit, docens & reba defendens, quasi ex scripturis, rebaptizationem, qui ptisa quam facile s̄ape alios potuit facere hereticos & tione.

O s schsima-

IN CAPVT TERIVM.

Schismaticos, & ab Ecclesia alienos, tam facile ab alijs potuisset in hac parte haberi.

Quam uero non ferendus hic error sit fidelibus, qui tamen hodie instaurantur a quibusdam, non opus est me monitore, si quis legere uoluerit, quæ sanctissime scripsit diuus Augustinus, contra rebaptizatores Donatistas, non uno libro.

Verum opere precium est uidere, quibus scripturis, Cyprianus errorum suum cum alijs defenderit, ut uidcas etiam, quam non tutum sit, committere nos sanctorum uirorum expositionibus, quibus interpretati sunt scripturas, nisi uelimus aut possimus iudicare, secundum illud Pauli. Omnia probate, quod bonum est tenete, quando etiam ipsi sancti uiri, in quorum numero, sine dubio est Cyprianus, ex scripturis male interpretatis, tam ridicule possunt defendere errorem & seducere.

Me, inquit ex Hieremia, dereliquerunt fontem aquæ uiue, & foderunt sibi cisternas dissipatas. Et ex proverbijs. Ab aqua aliena abstinet. Sic enim ipse legit, nescio ex qua translatione.

Propter que uero loquitur de hereticis, qui negent baptismum Christi, & faciant aliud, ut necesse sit eis obijcere ministras cisternas dissipatas & aquam alicnam, aut qui aliter baptizent

EPISTOLAE AD CORIN.

baptizent quam institutum est à Christo, sed de strum,
bis, quos qui baptizantur habent pro ministris Chri= qui
sti, utcunque in quibusdam errant, & ab alijs recte cogni= sti, utcunque in quibusdam errant, & ab alijs recte cogni= sentientibus dissentiant, ijs qui baptizantur igno= tus ab rantibus, apud quos est confessio sancte trinitatis, iicitur confessio Christi, confessio omnium articulorum fi= non ab dei, quemadmodum uidetur, & talis de baptismate ijcien= doctrina, quod qui baptizantur, baptizantur per dū bo= Christum in Christum, hoc est, nomine Dei, ut per num Christum sint filij Dei. sti ba=

Tale baptisma repeti, & per secundum aboliri, ptisma est impium, & est irritatio non tam illius quod fecit minister, quam illius quod instituit Christus. Ibi enim ministri, à sua Ecclesia habentur pro fidelibus Chri= sti ministris, quæ Ecclesia ab eis accipit, ut à Dei ministris, baptisma non hominis, sed Dei, id est, Domini nostri Ihesu Christi.

Esto, postea abiiciantur ministri, non tamen abiij= citur fides in Christum, quam prædicauerunt, aut baptisma Christi, quod non nomine suo, sed nomine Christi sive nomine sancte trinitatis tradididerunt, Mi= nistros quidem illos qui deprehensum suum errorcm corrigere nolunt, amittit Ecclesia illa, non tamen amittit, quod recte ex doctrina illorum credidit, & baptisma quod recte per illos suscepit, Voluit enim non in illos, sed in Christum baptizari.

Siquidem

IN CAPVT TERTIVM.

Siquidem Christus, ut ipse prædicat Euangeliū,
Chri- oues enim Christi, non hominū, sed sui pastoris, id
stus ut est, Christi uocem audiunt, ita etiam ipse baptizat,
per mi per quocunq; ministrum publicum uerbi Dei, etiam
nistrū per Iudam traditorē, nisi putas illos male credidisse,
prædi qui crediderunt per Iudam prædicantem regnū Dei,
cat ita & curantem languores atq; ejicientem dæmonia, non
etiam in nomine suo, sed in nomine Christi, et tamen hic erat
ipse sa diabolus, ut dicit Christus, Iohan. 6.

cramē Non lego rebaptizatos, quos impiissimus iste dia-
ta tra bolus Iudas, nomine Christi baptizauit, sed lego re-
dit. baptizatos, qui per sanctissimum Iohannem, quo inter-
natos mulierum non surrexit maior, erant baptizati.
Siquidem hoc baptisma Iohannis erat, ut Christi præ-
cursoris, Illud autem non Petri uel Iudei, aut aliorum,
sed Christi æterni saluatoris, ne quis dicat, quod in
nomine Pauli sit baptizatus.

Christus enim non uenit per aquam solum, ut Iohan-
nes, sed per aquam & sanguinem, ipse enim per se,
hoc est, spiritu suo licet per uisibile hominis ministe-
rium baptizat nos, & mundat ab omni peccato per
aquam suam & sanguinem suum. Christi ergo baptis-
mus est non hominis, à quocunq; detur, de quo Iohan-
nes Baptista dicit. Hic est qui baptizat spiritu sancto.
Et ipse ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu
sancto, non potest introire in regnum Dei.

Renaſci qui potest aliquis, ut fiat aliud quam natus
est, nisi per Deum? quemadmodum Iohan. 3. diciur.

Qui

EPISTOLAE AD CORIN.

Qui non ex sanguinibus &c. Et renascentiam, ait Christus, non solum per spiritum sanctum fieri, sed etiam per aquam, id est, per aquam & spiritum sanctum, ita enim uult Christus, ne sp̄eres aliud baptisma, cum ihs, qui hodie sacramentorum Christi blasphemavit institutionem, Quis ergo baptizat etiam per aquam, nisi Christus, qui Deus est? non enim solum superflus aqua est, sed etiam regeneratione & renascētia.

Non itaq; tam int̄ hominem ministrum respicio, quam in Christum baptizantem, Non enim potest homo ex se facere quicquam, nisi fuerit ei datum de spiri-
per.

Atq; ita etiam loquuntur literae noui testamenti, Ephe. 5. Christus inquit dilexit Ecclesiam, & tradidit se ipsum pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo, ut exhiberet ipsam sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi sed ut sit sancta & immaculata, Vides quod Christus ipse mundat suam sp̄on sam, etiam aqua.

Et ad Tit. 3. Non ex operibus iusticiæ, que fecimus nos, sed secundum misericordiam suam, saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renovationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde, per Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius, heredes simus, secundum spem, uitæ eternæ. Lauacrum regenerationis audis, sine dubio non aliud, quam de quo Christus dixit, Nisi quis renatus fuerit

IN CAPVT TERTIVM.

fuerit ex aqua & spiritu sancto &c. & de quo supra
Paulus, Mundans eam lauacio aquae, in uerbo, atq;
hoc lauacrum dari dicit, à Deo patre, per Ihesum
Christum, ne respicias in homines, aut dubites de
efficacia eius.

Sic & Petrus.1.Epistole capite 3. dicit. In arca
Noe octo animæ seruatæ fuerunt per aquam, cuius si-
guræ nunc respondens baptismus, nos quoque saluos
reddit, non carnis sordium depositio, sed conscienc-
iae bone stipulatio ad Deum, per resurrectionem
Ihesu Christi, qui est ad dexteram Dei, profectus
in cœlum, subiectis sibi angelis, & potestatibus, ac
uirtutibus, Hic audis baptismum nos saluos facere,
contra nostros, qui mentiuntur hodie, baptismum
nihil aliud esse, quam externum signum, quo de-
claremus hominibus, quod sumus ex numero creden-
tium, Certe, secundum Petrum, per baptismum sti-
pulamur cum Deo aeterno pacto, quemadmodum &
circumcisio erat signum institutum à Deo non inter
homines ipsos, sed inter hominem circumcisum &
Deum ipsum, sic enim ait scriptura. Hoc erit signum
inter me & te, & semen tuum post te.

Ne autem respicias in hominem baptizantem,
addit Petrus, per resurrectionem Ihesu Christi &c.
Satis blasphemiarum audiuiimus à Monetarijs spiriti-
bus, clamantibus. Aquila scilicet perfusa aliquid
ualeret ad salutem, ut consideremus rursum in mun-
di elementis? quasi uero institutio & uerbum Chri-
sti atq;

EPISTOLAE AD CORIN.

Si atq; adeo ipsa Christi resurrectio sit mundi ele-
mentum. Sed haec non sunt huius instituti.

Hinc, non in Nicolaum, aut Conradum, aut
Paulum, siue Petrum, uel Iudam baptizamur, sed
in Ihesum Christum Dominum nostrum, quemadmo-
dum Paulus ait, Galatas.5. Omnes filij Dei estis per
fidem in Christo Ihesu. Quicunq; enim baptizate
estis, Christum induistis. Et Romanos.6. An igno-
ratis, inquit, quod quicunq; baptizati sumus in Chri-
stum Ihesum, in mortem eius baptizati sumus. Con-
sepulti enim sumus una cum illo, per baptismum, in
mortem &c.

An tibi nunc displicet Christus, in quem baptiza-
tus es, quia displicere coepit baptismi minister, ut
cupias iterum baptizari? Dum solicitus es, ut reba-
ptizeris, et a quo, uide in quem baptizeris, iam enim
antea baptizatus es in Christum, nomine Dei, siue san-
ctae trinitatis. Nunquid Apollos aut Paulus pro te
crucifixus est, ut incipias gloriari in hominibus? Hie-
remias maledictum dicit, qui confidit in homine &c.
ut qui gloriatur in Domino glorietur.

Christus iustificat, Christi uocem audio, Chri-
sti sacramenta suscipio, etiam si incido in ministrum
occulte malum, Occulte malum dico, non quem ne-
mo nouit esse malum, sed de quo ego, qui uolo
sacramenta suscipere, non dubito, non aliud scio,
aut certe non sum aliud persuasus, quam quod
sit minister Christi, quemadmodum supra dixi.

Neq;

IN CAPVT TERTIVM.

Neq; enim qui plantat est aliquid, neq; qui rigat est
aliquid, sed qui incrementum dat Deus, qui est agri-
cola, & Christus uitis uera, unde omnes palmites ex-
oriuntur, crescent & fructum faciunt.

Malus Esto malus seruus fit, de quo legis in Euangelio,
seruus qui accipit pecuniam domini sui, uel triticum, uel oeo
sed no nomiam super familiam eius, tamen non accipit ma-
la lam pecuniam, malum triticum, quia domini est pe-
functio cunia & domini est triticum, dispensatio ei credita
est, res non sunt eius, sed sunt fructus arboris bona,
Domini nostri ihesu Christi.

Contemno dominum meum, si non uolo suscipere
eius dona, ad me missa per quemcunq; seruum. Cur
non seruum relinquo domino suo iudicandum, cui stat
aut cadit, & non potius ego gaudeo in domino meo,
cuius dona per seruum accipio? Ille enim seruus
qualis qualis sit, mihi bonus est, quando interim per
eum dominus meus dat mihi bona sua, id est, Euange-
lium & sacramenta, seruus enim abit, & ego fruor
gaudio & delicijs domini mei, neq; enim que serui
sunt accepi, sed que sunt domini mei, cui gratias ago,
quod per seruum miserit, Tu scilicet non acciperes
centum aureos, per uilem seruum a principe missos
& donatos?

Si uero seruus, cui oeconomia concredata est, qui
debet distribuere familie, in tempore, tritici men-
suram, & recte, ut ait Paulus, secare sermonem ueri-
tatis, tanquam frusta panis, pro captu singulorum, si
inquit

EPISTOLAE AD CORIN.

inquam hic seruus cœperit contemnere aduentum Domini sui, ut dicitur Matth. 25. & percutere conseruos suos, edereq; & bibere cum ebrijs, agnosco pseundo prophetam, agnosco doctrinas dæmoniorum, & deficio ab eo, ut nunc à Papistis, quos uideo osores & persecutores Euangeli Christi, occisores confessorum Christi, viros sanguinum.

Nam hunc seruum cognosco ex fructibus suis. Non dico de fructibus, quos fert etiam sæpe in bonis seruis humana infirmitas, sed de fructibus pseudoprophetæ, siue servi mali, quibus contra suum officium præstat talia, non unde cognoscatur peccator, sed unde cognoscatur malus seruus & pseudopropheta. Ex fructibus inquit eorum, non hominum, sed pseudoprophetarum, cognoscetis eos, Simulant sc̄ bonos prophetas siue prædicatores, & facile seducunt eos, qui non habent iudicium spiritus, ut norint quod dictum est, Attende a falsis prophetis &c. Lupi enim sunt intrinsecus, nam falsa prophetia, id est, prædicatione siue doctrina seducere uolunt, utcunq; uestimentis ouium quasi ornati ueniant.

Contemnunt aduentum Domini, sic enim docent, quæ uolunt, non quæ Dominus iussit, quasi non sint reddituri rationem, iudici omnium, sic magnificant humana somnia & ea inflant mendacijs suis, quasi uerbum Dei, nihil aliud sit quam fabula, quasi Christus sit aliquis fabulosus Deus, & ociosus.

Hic percutiunt conseruos Juos, & edunt & bibunt,

IN CAPVT TERTIVM.

bunt cum ebrijs . Hi sunt fructus eorum , non fructus
Domini , Dominus iubet conseruos consolari per
uerbum Euangelij , siue per uerbum suum , isti autem
contristant & vulnerant conscientias , & neq; ingre-
diuntur , neq; alios sinunt ingredi , uenenum enim pro-
pane offerunt familie commissæ , id est , traditiones &
somnia humana & hæreses suas pro uerbo Dei , &
resistentibus maledicunt , damna inferunt & mortem
optant .

Christus iubet eos querere non propria commo-
da , lucra , gloriam , sed salutem ouium , Pasce inquit
oues meas , si diligis me , isti autem edunt & bibunt
cum ebrijs , id est , sua querunt , hoc est , diuitias , glo-
riam , uoluptates , tranquillitatem , nihil minus quam
alij mundani , Ebrij enim sunt , quia omnia querunt ,
quæ mundi sunt , Dei interim contemptores , quasi non
sit uenturum iudicium , Cum his edunt & bibunt , qui
eadem cum eis querunt , dicentes in corde , Dominus
meus moram facit , &c .

Nostri episcopi hodie et clerici , qui se iactant ouium
pastores , sunt mundanis hominibus mundaniores , non
pastores , sed principes mundi & s. trapas agentes , at-
que adeo gregis deuoratores , curant enim ea solum
doceri , unde ipsi ebrij sint cum ebrijs , Euangelium au-
tem salutis æternæ damnant & proscribunt , nihil cu-
rantes de reddenda , ubi Dominus uenerit , ratione .

Neq; sectarij nostri , & qui ex nobis exierunt , de-
sinunt maledictam uanam gloriam , quemadmodum
mundus .

EPISTOLAE AD CORIN.

mundus, sequi, persecutentes & perturbantes hominum conscientias, sacramentarijs suis & alijs opinionibus, absq; ullo iudicis Christi timore, ne non cum ebrio mundo ad breue tempus honorentur, quam enim excusationem habent, qui etiam admoniti resipiscere nolunt?

Ab hoc igitur seruo malo, quem ex fructibus cognosco, agit enim suum non domini negocium, seducere me vult, ut ipse in mundo bene habeat, cum diuersum ei Dominus iussit, ab hoc inquam malo seruo, ubi eum cognouero esse seductorem, abstinebo, ne sim particeps eius seductionis, quando Dominus insperato ueniet, & diuidet eum, & ponet partem eius cum hypocritis.

Recte, ait Cyprianus, ergo debes condemnare, & pro nullo habere baptisma, quod a tali, quando talem esse non sciebas accepisti, abiectis seruum, abiecte & baptisma, quod per seruum illum accepisti.

Respondeo, Stultum hoc est, ut nihil aliud dicam, Quo commodo, qua salute, propter serui maliciam, ego Domini mei abiicerem bonitatem? quia seruis abiicitur, ego propterea abiicerem, & condemnarem dona Domini mei Iesu Christi, quae per illum seruum ad me uenerunt? Ego si credidisset in Christum per Euangelium, quod Iudas prædicauit, postea scilicet deberem negare Christum, & Euangelium Christi condemnare, quando iam agnoscerem Iudam diabolum fuisse, traditorem esse, & sibi manum per desperationem consciuisse? Ego ibi dicerem, Christum &

IN CAPVT TERTIVM.

Euangelium, quod ab eo acceperam esse nihil?

Si itaq; de Christo & Euangeli non dubitas, quid dubitas de baptismo? Sicut enim Christus & Euangeli non est proditoris, ita baptismus non est proditoris. Si quid igitur ex serui malicia acceperisti, euome, quod autem Dei & Christi est, noli propter maliciam serui condemnare, Deus tibi dedit sua dona, tua fides ea suscepit, uoluisti enim baptismum Christi accipere, non alium, gratias age datori Deo, De ministro uero, an sit aliquis Iudas, nemo poterit te certificare, nisi fructus uideris, fructus proditoris condemnato & caueto, Impium autem fuerit cum proditore dona Domini, quasi proditoris sint, condamnare.

Hæc omnia, de malo seruo, haud grauatim addidi, ne quis calumnietur, quasi probem Nouatianos, Basilides, Martiales, Nicostratos, & si quos alios Cyprianus, uel propter doctrinam, que sit contra fidem, uel propter crimina accusat.

Nam uolo malos seruos, de quibus ante dixi, uitari, ubi cogniti fuerint esse tales, & corrigi nolunt, non tamen damnari eorum sacramenta, que interim bona fide ab eis suscipiunt, qui eos pro Ecclesiæ ministris habent, modo inter eos audiatur & doceatur confessio sanctæ trinitatis, confessio humanitatis & diuinitatis Christi, confessio remissionis peccatorum per Christi sanguinem, confessio resurrectionis mortuorum, & uitæ æternæ, per Ihesum Christum Domum

EPISTOLAE AD CORIN.

num nostrum, quemadmodum Augustinus contra Ful-
gentium Donatistam dicit. Manichæus baptizari de-
bet, quia nunquam fuit in paradyso, non enim agnoscit
trinitatem, nec, sicut uos Donatista, de Ecclesia
egressus est, &c.

Neq; uero Cyprianus melioribus utitur argumen-
tis & rationibus, quam scripturis, ad probandam re-
baptizationem, Quæ dicimus, leguntur apud eum li-
bro. 1. epistolarum, epistola. 12.

Oportet, ait, mundari & sanctificari aquam prius Libe-
& sacerdote, ut possit baptismu suo, peccata hominis ræ ce-
qui baptizatur ablueri, quia Dominus per Ezechie- remo-
lem dicit. Aspergam super uos aquam mundam, & niæ fa-
mundabimini &c. Quomodo autem mundare & etæ
sanctificare aquam potest, qui ipse immundus est, & nunc
apud quem spiritus sanctus non est? cum dicatur, Om- sunt
nia que tetigerit immundus, immunda erūt, Aut quo= impie,
modo baptizans dare alteri remissionem peccatorum quasi
potest, qui ipse sua peccata deponere extra Ecclesi= auto-
am non potest? Hæc ille. ritate

Ex quibus uerbis uides, quod etiam sancti uiri tunc
dederunt occasionem, ut postea ceremonia humane, sancto
sacramentis Christi additæ, habite sint pro necessa- rum.
rijs, & magnificatæ supra illa, quæ solum oportuit
scire de sacramentis.

Necessarium est ita tradere & accipere sacra-
menta, quemadmodum Christus instituit. Reliqua om-
nia, quæ non contra rectum usum sacramentorum &

IN CAPVT TERTIVM.

institutionem Christi fiunt, libera sunt, ut fiant uel non fiunt, Docere autem, hæc quæ libera sunt, esse necessaria ad salutem & remissionem peccatorum, & sine quibus non ualeat baptisma, est error & blasphemia.

Nonne impietas est, urgere ut diuinum, quod Deus non præcepit? Nonne mendacium est, si dicam Deum præcepisse quod non præcepit? Si non præcepit, quis mihi, uel tibi, uel Cypriano, uel angelo etiam alicui dedit potestatem, ut condamus leges, & urgeamus homines, in rebus salutis æternæ, ad ea quæ Deus libera esse uoluit?

Nonne Christus dixit, Matthæi ultimo, Docentes eos seruare quæcunq; præcepi uobis? ut uidcas Ecclesiam Apostolicam esse ibi, ubi ex uerbo Apostolorum seruantur ea, quæ Apostoli, Christi præcipiente, docuerunt seruanda, Nam & Paulus cum fiducia dicit. Etiam si angelus e cœlo aliud Euangelizet ~~antra~~ thema sit.

Eccle: Vetus est illa iactatio, Ecclesia, Ecclesia, Nos sumus una uersus Ecclesia, alij non sunt Ecclesia, Nos sumus mundi sancti, alij non sunt mundi, ut interim nescias quam dicant Catho Ecclesiam, Certe Ecclesia apostolica, quæ Christi est, lica, nobis commendata est, de qua si dicere uis, non clama Apo- Ecclesia, Ecclesia, ut ipse nescias quid dicas, sed suis stolica, eam depinge coloribus, ut non ignoretur, de qua Ecclesia dicas.

Est autem Ecclesia Apostolica, in qua est confessio Euanges-

EPISTOLAE AD CORIN.

Evangeli Domini nostri Iesu Christi, quod ipse nobis per Apostolos suos tradidit, ubi docemur seruare quæ Christus præcepit, et traditiones humanas non facere necessarias ad nostram salutem, sed eas habere eo loco, quo habuit Christus cum suis Apostolis, hoc est, quasdam posse libere seruari, quasdam uero esse doctrinas dæmoniorum. Si non hæc est descrip-
tio Ecclesiæ Apostolicae, ex sacris literis, describe mihi eam aliter.

Omnis itaq; Ecclesiæ ubicunq; in suis locis congre-
gatæ, in Christo, debent esse una Ecclesia Apostolica,
de qua canimus in symbolo Niceno, Et unam sanctam
Catholicam & Apostolicam Ecclesiam.

Si quid alicubi erroris est, portat Christus inter-
rim nostram ignorantiam, ut reliqua mala nostra, mo-
do simus in fundamento Christo, quemadmodum hic
ait Paulus, de doctore Ecclesiæ, qui per errorem do-
cet, quæ fundamentum Christus sustinere non potest.
Ipse inquit saluus fiet. sic tanquam per ignem. Et de
infirmis fide, Roma. 14. Deus illum assumpsit, Tu quis
es, qui iudicas de alieno famulo? proprio Domino stat
aut cadit, immo fulcietur ut stet. Potens est enim Deus
efficere ut stet. Et ad Philip. 3. Si quid aliter sentitis,
hoc quoq; uobis Deus reuelabit.

Vbi uero hoc ipsum erroris Deus, per uerbum
suum, reuelauerit, corrigi debet, tunc enim non est
amplius excusationi locus, ne participes fiamus illo-
rum, qui agnoscunt ueritatem Dei conculant & per-

IN CAPVT TERTIVM.

Sequuntur, sed potius gratias agamus de reuelata ue-
ritate, Nam non sic temeritatem nostram portat Chri-
stus, ut finat se conculcari, & sanguinem suum pol-
lutum duci, quemadmodum portat nostram fragilita-
tem & ignorantiam, Hic impugnatio ueritatis agni-
tæ, facit hereticam Ecclesiam, quæ Christi potuit ha-
beri, dum ignorans errabat, quemadmodum nemo di-
cit sanctum martyrem Cyprianum hereticum, cum
sua Ecclesia fuisse, qui tamen grauiter in rebaptiza-
tione errauit, ut antea indicauimus.

Post agnitam itaq; ueritatem & reuelatum erro-
rem, auferri debet à doctrina Euangelij, quod ab ho-
minibus male additum erat, ne nostra Ecclesia habe-
at humanum uerbum, pro uerbo Christi siue Aposto-
lico, Auferri debet quod Cyprianus, utcunq; sanctus
martyr, uerbo Dei addidit, aut contra uerbum igno-
rans docuit, ut nostra Ecclesia sit Apostolica, non
Cyprianica aut Aphricana, Auferri debet quod Papa
suis traditionibus & legibus, præter Euangeliū, &
contra prædicationem Apostolorum, addidit, ut no-
stra Ecclesia sit in Christo Apostolica, non Papistica,
Adimendi sunt errores qui per uerbum agnoscuntur,
quos fides in Christum non fert (aliud enim est de ijs,
quos charitas fert in alijs rebus ad tempus) ut omnes
Ecclesie, quæ Christi nomen agnoscunt, dici recte
Apostolicæ possint, atque adeo una Catholica &
Apostolica Ecclesia.

Non dubitato Ecclesiam siue congregationem
Apostoli-

EPISTOLAE AD CORIN.

Apostolicam esse, quam talem inueniris, qualem superius descripsi, etiam si tantum duo aut tres fuerint, secundum illud Christi. Si duo aut tres congregati fuerint in nomine meo, illic in medio sum eorum. Vbi in nomine Christi congregantur homines, ubi Christus ipse est in medio, illic tu dices hereticam esse, aut schismatricam Ecclesiam?

Si quis autem alia ratione dixerit. Nos sumus Ecclesia, uos non estis Ecclesia, interroga cum, quare audies Satanae rationes.

Apostolica Ecclesia dicitur, quæ Apostolorum habet doctrinam, quæ satis superq; descripta est in literis noui Testamenti, secundum illud Ephe. 2. Iam non estis hospites & incolæ, sed conciues sanctorum ac domestici Dei, superstructi super fundamentum Apostolorum ac Prophetarum, summo angulari lapide ipso Ihesu Christo, in quo quæcunq; structura coaguntatur, ea crescit in templum sanctum in Domino, in quo & uos coædificamini, in habitaculum Dei in spiritu.

Audis templum Dei & fundamentum, non Papæ, Francisci, Cypriani, nostrarum uirium, sed Apostolorum & Prophetarum, Quodnam est hoc fundamentum Apostolorum & Prophetarum, quod ipsi docendo siue prædicando, posuerunt, & in quod docuerunt solum esse innitendum? Respondeo, ipse idem qui est summus angularis lapis Iesus Christus, angulariter ita fundamentū, ut tamen totam structurā sustineat,

P 6 Nam

IN CAPVT TERTIVM.

Nam fundamento aliud nemo, ne angelus quidem celestis, potest ponere, præter id quod est Christus Iesus, ut supra dictum.

Vbi itaq; audis hanc Petri & aliorum Apostolorum confessionem, recte ex scripturis doceri. Tu es Christus filius Dei uiui, quam reuelat pater celestis, non caro & sanguis, ibi non dubitato Ecclesiam esse Christi, est enim ibi illud fundamento Apostolorum & Prophetarum, cui templum Dei, quod credentes sunt, innititur, & augescit iugiter, quemadmodum Christus dixit, Et super petram hanc, que est, Tu es Christus filius Dei uiui, ædificabo Ecclesiam, non Romanam aut Papæ, aut Græcam, sed meam, & alibi, Pasce oves, non tuas, sed meas, Pasce, non tuo siue humano uerbo, sed meo. Oves enim meæ vocem meam audiunt, Et Paulus Act. 20. Ephesiorum presbyteris. Attendite inquit uobis & cuncto gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit Episcopos, ad regendum Ecclesiam, non uerstram, sed Dei, non quam uos acquisiuitis, sed quam ipse Deus acquisiuit sanguine suo.

Hanc uero Apostolicam Christi Ecclesiam, uocamus etiam Catholicam, id est, uniuersalem, quod omnes ubiq; Ecclesiæ, Apostolicæ debent esse, immo una simul Apostolicæ, ut si alicubi ad tempus aberratum est à scopo, nō statim clametur, ibi nō esse Ecclesiam, & ideo non ualere baptisma quod ibi susceptum est, ut clamavit Cyprianus cum suis Episcopis, ut et nunc clamant

EPISTOLAE AD CORIN.

elamant rebaptizatores contra Papistas, sed per Euangelium Christi emendandus est error, non secundum opinionem aut consuetudinem hominum, sed secundum id quod Prophetæ prædixerunt, & sancti Apostoli nobis tradidcrunt.

Si qui autem admoniti, ueritatem agnitam, data opera, impugnauerint, frustra se de Ecclesia iactabunt. Nam Catholica Ecclesia, ad quam omnes pertinere debent, quocunq; loco per totum mundum fuerint, non debet esse alia quam Apostolica, id est, quæ agnoscat Euangelium, quod sancti Apostoli docuerunt, non doctrinas & traditiones humanas, quas Christus & Apostoli & Prophetæ sancti damnauerunt, Sic enim admonuit Paulus, Imitatores mei esto, sicut & ego Christi. Quod si nos ipsi, uel etiam angelus aliquis cœlestis, aliud Euangelizet, sit anathema.

Hæc obiter, & forte necessario, hoc loco dixi de Ecclesia, ne hoc nomine tibi finas imponi, Illa Ecclesia siue illa congregatio Christi est, quæ non hominum, sed Christi pastoris uocem audit, & si in aliquo errauerit, sinit se per eandem pastoris uocem, ut erabunda ouis, reduci, Non enim pendet ab hominibus, sed à Deo patre & Domino Ihesu Christo, Et ideo Apostolica dicitur, quia ita ab Apostolis accepta, Catholica uero, quia in hac omnes debent inueniri, sub uno capite Christo, ne sint in nobis schismata, ne gloriemur de hominibus, dicentes, Ego sum Pauli,

IN CAPVT TERTIVM.

Pauli, ego Petri, ego Pape &c. quemadmodum supra
diximus, & infra dicemus.

Reuertor igitur ad argumentum sancti martyris

Rur= Cypriani. Oportet inquit aquam mundari &c. Non
sum de dico hic, quam non liceat his uerbis docere, ne quis pu-
cere = tet me calumniari uelle sancti uiri dicta, potius quam
monijs candide interpretari, neq; dico quam non citet pro
liberis se, sed contra se illud, Aspergam super uos aquam mun-
que dam &c. Nam hæc est sententia, Ego Dominus Deus
factæ uester aspergam &c. ut non respicias in sanctificantem
sunt alium, quam in Deum, quemadmodum antea de baptis-
non li= mo diximus. Sed neq; dico, quam nihil sit ad rem illud.
beræ, Omnia quæ tetigerit immundus immunda erunt. Quid
sed la= enim si minister sit aliquis Iudas, & non ipse immuni-
qui dus, sed mundissimus Christus baptizet?

consci entia= Hoc solum dico, quod non oportet a sacerdote
(quem literæ noui testamenti non sacerdotem, sed mi-
rum. nistrum uerbi, & alijs nominibus officium respicien-
tibus, uocant) aquam mundari, quæ per se munda est,
& absq; peccato, ut creatura Dei bona, Omnia enim
munda mundis, Ad baptismum uero, & ad remissio-
nem peccati, nisi Deus ipse siue Dominus noster Iesus
Christus eam sanctificaret, nulla creatura eam sancti-
ficare posset.

Sanctificat autem ad baptismum, omnem aquam,
Sancti per uerbum suum, quo iubet & instituit baptismum,
ficiatio Hoc uerbum, hec iusso & institutio Christi, nisi
aque. adesset, nihil morarer omnes sanctificationes & cere-
monias

EPISTOLAE AD CORIN.

monias ab hominibus additas, quemadmodum neq; hab
agnoscebant sancti Apostoli baptizantes & baptiza
ri iubentes, ut uides in Actis Apostolorum.

Si libet cceremonias ad aquam addere, sic adde, ut
nihil sanctificationis credas per has aquæ accessisse.
Non enim est fidelis ministri, docere ex uerbis Cy
priani. Oportet mundari & sanctificari aquam prius
a sacerdote, ut possit baptismu suo peccata hominis,
qui baptizatur, ablucere, Quis enim tibi iussit ut san
ctifices aquam? aut quomodo potes eam sanctificare,
& ita sanctificare, ut ualeat ad remissionem peccato
rum, quando tibi hoc à Christo non est præceptum,
uel datum, ut facias? Non potest homo accipere quic
quam, nisi datum fuerit ei desuper.

Neq; habent Episcopi siue ministri Ecclesiæ ali
am sanctificationem, qua sanctificant, quam per uer
bum siue Euangeliu predicatum, Qui credit Euan
geliu Christi, quod prædicant uel docent siue publice
omnibus, siue priuatim cupientibus, absolutus est à
peccatis, & habet sanctificationem, qui non credit,
ligatus est & manet in peccatis suis.

Sed hec sanctificatio, nimis difficultis est nostris E
piscopis, facilius possunt ludere humanis ceremonijs.

Baptizari iussit Christus aqua, non iussit ut tu san
ctifices aquam. Ite inquit, prædictate Euangeliu om
ni creaturæ, qui crediderit Euangeliu quod prædicta
tis, & baptizatus fuerit, saluus erit. Audis præcep
tum, & ne dubites de sanctificatione, addita est pro
missio, Saluus erit.

Vnde

IN CAPVT TERTIVM.

Vnde ergo facis præceptum , ut dicas , Oportet mandari & sanctificari aquam , prius à sacerdote , &c. An tu putas esse Christianum , docere & defendere , esse necessarium quod non est necessarium , ut percutias & perturbes infirmiorum conscientias , pro quibus Christus mortuus est , dum iudicant non rite baptizatos , qui non sunt baptizati in aqua , ceteris remonissi illis vexata ?

Qui igitur sanctificat aquam , quando aliqua muliercula baptizat , is etiam , nempe Christus , sanctificat aquam , quando Episcopus baptizat , neq; hic melius atq; illa , ubi necessitas postulat , baptizat , nisi tū dicas meliorem esse Christum , qui baptizat per Episcopum , quam illum Christum , qui baptizat per mulierculam , aut meliorem esse Christum , in quem baptizatur per Episcopum , quam illum in quem baptizatur per mulierculam .

At impia argumenta , etiam à sanctis viris per errorē exco gitata , non ex scripturis sumpta , quibus factum est , ut pro necessarijs habentur , quae possent esse libera , effecerunt usque ad nostra tempora , ut duret impia rebaptizatio , licet publice ubique prohibeatur , & ministri Ecclesiarum hoc nolint . Siquidem uulgas , ludibrijs illis & pompis ceremoniarum deceptum , non sinit sibi persuaderi , & obtrudunt foeminae ministris Ecclesiarum pueros , in necessitate domi baptizatos , negantes quod factum est , ut rebaptizentur pueri . Persuasæ enim sunt , ibi meliorē

EPISTOLAE AD CORIN.

liorem esse aquam, meliorem baptizantem, meliorem baptismum.

Ob quam impiam persuasionem, abrogandæ essent aquarum illæ sanctificationes, ne meliores haberentur a stulto vulgo, quam aquæ Iordanis in quibus Christus baptizatus est, aut esset sepius publice docendum, tales ceremoniarū pompas nihil facere ad baptismum, & erratum esse ab illis, qui has esse necessarias, sine uerbo & mandato Christi, uoluerunt. Non enim pulsus Dei ab autoritate hominum, sed ab autoritate Dei pendere debet.

Videamus uero & aliud argumentum, siue rationem Cypriani, pro rebaptizatione. Vngi quoq; in= Sancti quit necesse est eum, qui baptizatus sit, ut accepto ficatione chrismate, id est, unctione, esse unctus Dei, & ha= olei, et bere in se gratiam Christi posse, Porro autem eucharistia, & unde baptizati unguntur oleum, in altari unctiones. sanctificatur. Sanctificare autem non potuit olei crea= turam, qui nec altare habuit nec Ecclesiam. Vnde nec unctio spiritalis apud hereticos potest esse, cum constet oleum sanctificari & eucharistiam fieri, apud illos omnino non posse, Oleum peccatoris non unctionat meum, id quod ante in Psalmis præmonuit sp= ritus sanctus, ne quis exorbitans, & à uia ueritatis exerrans, apud hereticos & Christi aduersarios una geretur, Hæc ille.

Vides quid effecerint humanæ ceremoniae, post tempora Apostolorum, nempe, ut pro uerbo Dei & necessaria

IN CAPVT TERTIVM.

necessariis ad salutem habitæ sint, sine quibus nō esset
remissio peccatorum, non daretur spiritus sanctus.

Certe Cyprianus non est impius, sed Christi confessio,
Hæc autem uerba, quæ per errorem docuit, si
cum Christo conferantur, sunt impia, Vngi quoque,
inquit, necesse est cum, qui baptizatus sit, Non sic
docuerunt sancti Apostoli, quia non sic acceperant a
Christo, ut possent inueniri fideles ministri siue legati
domini sui, Non ergo tibi sic docendum est, si uis glo
riari de Apostolica Ecclesia, & de alijs dicere, quod
non habent Eccleiam.

Quando quæso Christus instituit, baptismum non
posse absolui, nisi unctio externa addatur? An non
uere baptizati sunt illi omnes, de quibus legis in actis
Apostolorum, quibus oleum externum non accessit?
Quale ergo uerbum est tanti uiri, ungi necesse est
baptizatum, cum non sit necesse, non iussum aut institu
tum à Christo, non doctum aut factum ab Apostolis,
non desideratum ab ijs, qui secundum institutionem
Christi, recte & absolute baptizabantur? Quis no
bis dedit potestatem condendi leges, ad salutem ne
cessarias, & facere nouos fidei articulos, Christo
non præcipiente? Si itaq; hæc unctio baptizatorum
non est instituta à Christo, aut alioqui mandata, quis
non uidet esse mere humanam, & ab hominibus ba
ptismo additam?

Horret Christianus animus audire, quod baptis
mus qui Christi est, non posset absolui, neq; ualeat, nisi
unctio

EPISTOLAE AD CORIN.

sanctio addatur, quæ hominis est, Hoc cine est seruare, quæ Christus præcepit? Oportet, ait, nostrum oleum addi, ut ualeat aqua Christi, sed neq; hanc ualere dixerat, nisi à sacerdote aliquo sancto sanctificeatur. Si sentiret Cyprianus baptismum ualere absque externa unctione (nam, ne calumnieris, de hac loquitur) non deberet dicere, Ungi necesse est cum, qui baptizatus sit.

Et uide, quod eius uerba plus tribuunt oleo, ab hominibus nulla necessitate addito, quam baptismo à Christo instituto, quo oportet nos baptizari, vt inquit accepto chrismate, id est, ualione, esse unctus Dei, & gratiam Christi in se habere possit, Nolo hic expendere quale sit, hominum inuenient tribuere spiritum sanctum.

Christus non præcepit aut instituit, oportere, uel necesse esse, ut baptizatus ungatur ext. rne, Homines tamen audent sic sentire, Nos sanctificabimus oleum, & docebimus oportere eo ungi baptizatos, alioqui non possunt esse uncti Dei, id est, uere Christiani, & gratiam Christi in se habere. Hoc cine traditum & acceptum est ab Ecclesia Apostolica? Est ne hoc contemnere baptismum Christi, præ oleo humano?

Quasi uero non sit unctus Dei, qui habet unctum illum a patre Ihesum Christum? At hic non per exterrum oleum habetur, de quo non habemus uerbum Dei, sed per fidem & baptismum, quicmadmodum ipse ait. Qui crediderit Euangelio & baptizatus fues-

Q

rit,

IN CAPVT TERTIVM.

vit, saluus erit, & Paulus. Quotquot baptizati esisti
Christum induistis &c. que supra diximus.

Neq; prodest si dicas, oleo adesse uerbum Dei,
quod secundum Paulum. i. Timo. 4. Omnis creatura
Dei, ut est oclum, bona est, sanctificatur enim per uer-
bum & orationem. Nam de sanctificatione creature
loquitur ibi Paulus, qua non sit sancta creatura, que
antea sit maledicta, sed qua tibi sancta est ad usum,
ne putas te peccare, secundum doctrinas dæmonio-
rum, si ea utaris, habes enim uerbum & orationem,
Verbum est Euangelium Christi cui credis, Oratio est
invocatio pro accipiendis necessarijs, & gratiarum
actio pro acceptis. His duobus quæ apud te sunt, om-
nia sunt tibi munda, fidelis enim es &c.

Habes uerbum Dei, contra doctrinas dæmonio-
rum, quod creatura tibi munda est, siccirco absque
peccato licere uesci quocunq; cibo, & habere uxori-
rem, Ideoq; orare potes, id est, ut dictum, ptere pro
acciendi, & gratias agere pro acceptis. Oratio
enim fidei est, quæ secundum uerbum Dei orat. Non
est oratio fidei, quæ uerbum Dei non habet, quia non
est certa, quod sit acceptura, neq; potest credere,
etiam si accipiat, se aliquid accepisse in salutem,
quando interim uoluntatem Dei, quam ex uerbo in-
telligimus, ignorat.

Hic si tibi libet uti oleo, licet. Est enim creatura
Dei bona, ad hoc creata ut percipias cum gratia-
rum actione, si fidelis es, Habes uerbum Dei, quod
creatura

EPISTOLAE AD CORIN.

Creatura bona est, et quod ea uti licet, et ideo utendo non peccas, sed magis oras sive gratias agis, atque ita ad usum est tibi creatura sancta, quemadmodum uxor tua, ut creatura Dei bona, ad usum est tibi sancta, etiam si ipsa coram Deo sit infidelis, ut dicitur. 1. Cor. 7. Omnia enim munda mundis.

Vescere itaque oleo in nomine Domini, Aut si placet, unguere etiam oleo tibi pedes, brachia, caput, unguere parvulos non baptizatos, unguere baptizatos, unguere ad ultos, si aliquis uetus aut uoluptas est ita ungi, quemadmodum psalmis ait. Ut exhilararet faciem oleo, quem admodum in Syria, et alijs calidis regionibus, uel necritas uel uoluptas postulat, Nemo prohibet sic uti oleo, nisi forte doctrinæ dæmonorum.

Præterea licebit etiam uti oleo, pro libera et non necessaria ceremonia, quippe, non præcepta, sicut olim uectabantur lacte et melle, quemadmodum Apostoli oleo in Iudea (ubi ungendi mos erat uulgatissimus) ungebant infirmos, ut surgerent ab ægritudine liberi, magno miraculo, que certe non est unicò illa, quam nunc extremam uocant, et impie necessariam faciunt.

Et tamen non illa unicò Apostolorum sanabat ægrotos, sed oratio fidei, quam faciebant super ægrotum, quemadmodum etiam Iacobus ille scribit suis Iudeis, id est, ut ipse dicit, duodecim tribubus qui sunt in dispersione, Nam non erat instituta à Christo, ut quisquis ungeretur sanus fieret, aut liberaretur à

IN CAPVT TERTIVM.

suis peccatis, sed tantum iussi erant Apostoli, ut lan-
guores curarent, non oleo, sed nomine Christi, Ideo
liberrime nunc ungebant ægrotos, nunc non unge-
bant, & tamen sanabant eos, Lege acta Apostolorum,
& nullum oleum uidebis, ne ex eo quod libere quan-
doq; fecerunt Apostoli, facias nobis legem.

His itaq; modis, olco & unctione uti licet, non
enim est prohibitum, neq; contra aliquod Dei uer-
bum, Habet Dei uerbum, quod uti licet, & gratiss
agere pro usu olei potes.

At si cum Cypriano dicere coeperis, Vngi necesse
est cum qui baptizatus sit, ut accepto Chrismate, id
est, unctione, esse unctus Dei, & gratiam Christi in
se habere possit, non habebis uerbum Dei & oratio-
nem, per que tibi oleum, secundum Pauli uerba san-
ctificetur. Quodnam uerbum Dei aut institutio Chris-
ti iubet, ut ungatur baptizatus, ut dicas, Necesse est
ungi bagtizatum? Quid si ego dicam. Non est ne-
cessé, unde probabis tua contra me, nisi ex coactis
scripturis, & ineptis argumentis Cypriani? Aut ubi
habes tale uerbum, siue talēm Dei promissionem de
oleo externo, ut qui ungitur sit unctus Dei, & gra-
tiam Christi in se habeat?

Certe oleum edere potes, oleo ungere & ungi &
Lucernam souere potes, ad hunc enim usum creatum
est a Deo, ut autem per hoc aliquis fiat unctus Dei,
& gratiam Christi in se habeat, non est creatum a
Deo, aut mandatum, siue uerbo Dei institutum, Quod
autem

EPISTOLAE AD CORIN.

autem non est ex uerbo Dei, & tu interim hoc facis
necessarium ad salutem, & tam salutiferum, ut sine eo
aliquis non possit esse unctus Dei, & gratiam Christi
in se habere, non est ex fide, fides enim est ex auditu,
auditus autem per uerbum Dei, Quod non est ex fide
peccatum est, & quod non est ex uerbo Dci menda-
cium. Quid uero orabis, si non habes uerbum? Non
ergo sanctificabitur oicum ad hunc usum, per uerbum
& orationem.

Vt uideas insignem blasphemiam esse, in his beati
martyris Cypriani uerbis, si non error excusaret, si
non haec in suis ferret Christus, ut omnia alia mala no-
stra, si non electis omnia cederent in bonum, Recte
quidem ille sentiebat de Christo, & tamen haec, de qui
bus nunc dicimus, non recte per errorem docebat.

Quo queso oleo externo rex noster & aeternus sa-
cerdos, Christus unctus est, ad quem dictum. Vnxit te
Deus Deus tuus oleo laeticie, id est, spiritu sancto,
qui cor latificat & conscientiam, praeparticipibus
tuis? Eodem oleo unguntur Christi participes, unde
etiam Christi, id est, uncti, siue Christiani, id est, uncti
eis dicuntur, qua unctione sunt uncti Dei, non uncti
alicuius hominis, & habent in se gratiam Christi,
nempe per spiritum Christi, quo uncti sunt in reges
& sacerdotes, quam gratiam spiritus sancti habent
per sanguinem Iesu Christi Domini nostri, quemad-
modum dicunt, Apoc. 5. Occisus es & redemisti nos
per sanguinem tuum, & fecisti nos Deo nostro reges

Q. 3 & sa-

IN CAPVT TERTIVM.

¶ sacerdotes, & regnabimus super terram.

Hanc unctionem sancti Apostoli agnoscunt & docent, nullam autem extinam docuerunt addendam baptizato, ut possit esse unctus Dei, & habere in se gratiam Christi. Sic enim ait Paulus. 2. Cor. 1. Qui confirmat nos una uobis in Christum, & qui unxit nos Deus est, qui etiam obsignauit nos, deditque arram spiritus in cordibus nostris. Et Ephc. 4. Ne contristetis spiritum sanctum Dei, per quem obsignatio estis in diem redemptionis. Et ad Titum. 3. Non ex operibus iusticie quae faciebamus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit, per Iauacrum regenerationis & renovationis spiritus sancti, quem effudit in nos opulente, per Iesum Christum salvatorem nostrum, ut iustificati illius gratia, heredes efficemur, iuxta spem, uite eterna, Non externum oleum super baptizatos effusum audis, sed oicum illud leticie spiritum sanctum, quod ad Roma. 14. uocat gaudium in spiritu sancto.

Sic & Iohannes in sua Epistola cap. 2. loquitur. Vos unctionem habetis a sancto illo, & nostis omnia. Unctio quam uos accipistis ab eo, manet in uo'is, & non necesse habetis, ut quisquam doceat uos, sed sicut ipsa unctio docet uos de omnibus, & uerax est, & non est mendacium, & sicut docuit uos, manete in eis. Quim aicit unctionem docentem, nisi de qua in Evangelio eius legis. Spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem? Atque hanc unctionem dicit haberi a sancto illo

EPISTOLAE AD CORIN.

Et illo, id est, a sancto sanctorum Christo, omnia san-
ctificante, ne eam, secundum Cyprianum, expectes ab
homine ministro per oleum externum, quod a Christo
neq; mandatum, neq; institutum est.

Hac etiam unctione, id est, spiritu sancto olim
quotquot placuerunt Dco, Christi, id est, uncti Dei
facti sunt, & gratiam Christi in se habuerunt. Qui
enim spiritu Dei aguntur hi sunt filii Dei, quod si
quis spiritum Christi non habet, ut dicitur Roma. 8.
hic non est cius. Atq; ita legis in psalmo, non certe
de Papistieis sacerdotibus, ut male citant pro se scri-
pturam, sed de Abraham, Isaac & Iacob, nisi non
habeas oculos, ut hoc in psalmo uides, Nolite in-
quit tangere Christos meos, id est, quos ego unxi in
cordibus spiritu meo, & contra Prophetas meos (qui
quod spiritu magistro in corde credunt, ore foris do-
cent) nolite maligne agere. Quo questo extero oleo
erant illi patriarchae uncti, ut possent esse Christi
sive uncti Dei, & Prophetæ sive prædicatores &
doctores sancti?

Itaq; uides, quam inane sit hoc Cypriani argu-
mentum pro rebaptizatione. Vngi necesse est &c.
Siue igitur bonum oleum, secundum Cypriarum, a
bono ministro, siue malum oleum uel non sanctum, a
malo acceperis, siue etiam nullum oleum unquam a
ministro baptismi acceperis, non debes rebaptizari,
semel secundum institutionem Christi baptizatus.
Non enim oleum, ab hominibus excogitatum, confert

Q + aliquid

IN CAPVT TERTIVM.

aliquid baptismo, à Christo instituto, atq; adeo impia doctrina est, docere hunc ab illo perfici, quasi sine illo non posse baptizatus esse unctus Dei, & habere in se gratiam Christi.

Ideoq; contra Cypriani Oportet, & Necesse est, quod profert ex humana opinione, nos perpetuo clamamus, ex certo uerbo Dei, & Christiana professio ne. Non oportet, Non est necesse. Ungere licet, Docere autem, quod ungere & ungi necesse est, non licet, Errorum in sanctis suis fert Deus, sancti autem non sunt, qui errorem, ex uerbo Dei agnatum, descrevere non volunt.

Quando uero his unctionum pompis seducitur vulgus, atq; adeo ferē omnes, ut putent necessario requiri unctionem externam, ad perficiendum baptisma, debet aboliri ista unctio, etiamsi à ministris uerbi pro libera & non necessaria haberetur, ut taceam de illis qui etiamnum, ex capitulo unico, de sacra unctione, ex rationali diuinorum, & ex quibusdam patrum dictis, non ex uerbo Dei, ut diximus, eam publice docent necessariam.

Multa enim facere nobis licet, que non debemus docere necessario facienda. Ieiuno feria sexta, quia hoc licet mihi, non autem doceo ieiunandum esse feria sexta, quia hoc mihi non licet, illud enim libere facio, quia non est mihi prohibitum, hoc autem non debeo, quia non est mihi mandatum, & homines per hoc seducerentur.

Sed

EPISTOLAE AD CORIN.

Sed neq; etiam illud quod liberum est, tunc mihi facere licet, quando aduersarij urgent, ut ex facto nostro confirmemus impiam doctrinam. Paulus Timotheum circumcidit, ut legis Act. 16. non necessario, sed ne esset Iudeis scandalo, quæ erant in illis locis. Titum uero non circumcidit, cum etiam urgeretur, ut ipse dicit, Gal. 2. ne cederet subintrogressis falsis fratribus, qui ex facto Pauli nitebantur confirmare hanc doctrinam, quod necessaria esset circumcisio, quæ nunc necessaria post Christum non est.

Ita etiam Paulus cum Iudeis edebat Iudaice, quemadmodum etiam Iudaicis sacrificijs & uotis propter Iudeos, seruire uidebatur, ut legis Act. 18. Cor. 2.1. Et quemadmodum circumcidebat, ut dictum est, Tamen talia non decebat necessario facienda, immo pro stercoreibus habebat, comparata ad iusticiam, quæ est nobis in Christo, ut dicit Philip. 3. Et iusticias istas humanas condemnat in omnibus suis Epistolis, faciebat ergo hæc non ut iusticias, sed ut libera opera, propter infirmiores Iudeos, quos ad Christum pertrahebat, ut pueros, donec in Christo grandescerent, quemadmodum ipse ait. 1. Cor. 9. Cum, inquit, sim liber ab omnibus, omnibus me ipsum seruum feci quo plures lucrifaciam, & factus sum Iudeis, quasi Iudeus, ut Iudeos lucrifaciam, &c.

Neq; uero solum, ut dixi, talia quæ libere faciebat non decebat, sed etiam prohibuit & impia esse docuit, quando per talia seducebantur alij, & impia

Q 8 doctrina

IN CAPVT TERTIVM.

doctrina contra Christi iusticiam confirmabatur, Ita ut grauiter, quemadmodum legis, Gal. 2. increpareret etiam Petrum, quibusdam abstinentem cibis, propter Iudeos quidem, sed unde seducerentur gentiles illi, à ueritate Euangelij. Ut enim nostra doctrina, ita etiam nostro facto, aut simulatione nullum seducere debemus, aut occasionem dare alijs, contra ueritatem sensitioendi, Que uero charitas ad tempus propter infirmiores in fide dissimulat, aliam rationem habent.

Secundum hæc & tu ungere potes pueros baptizatos, libere & nulla necessitate, ut seruias consuetudini, docere autem non debes cum Cypriano, opore baptizatum ungi, ut possit esse unctus Dei, & gratiam Christi in se habere, non enim est hoc ex sancta doctrina Domini nostri Iesu Christi, sed ex errore humano, Debes uero docere, hoc non esse necessarium, à Christo non institutum, neq; ab Apostolis seruitum, quod ubi persuaderis, quis deinde oleum illud desyderabit.

Si autem hoc queritur in tuo facto, ut ungendo confirmes impiam doctrinam, quasi necessaria sit ea unctionis, quasi per eam fiat aliquis unctus Dei, & habeat in se gratiam Christi, ungere non debes, sed abolere unctionem humanam, ut ueritas Euangelij Christi permaneat, Non hic tibi cum Paulo, ne ad horam quidem, cedendum est Euangelij aduersarijs. Multi quidem facimus, multa toleramus, ne cui simus scandalo, sed de Pharisæis dictum est à Christo. Sinite eos,

EPISTOLAE AD CORIN.

nite eos, cæci sunt & duces cæcorum.

Pergit uero Cyprianus confirmare, quod oleum non potest sanctificari apud hereticos, ut statuat eorum baptisma non ualeat, eorum inquam, id est, ab eis acceptum, Scilicet quia oleum non habent, ergo non possunt baptizare sed hoc quale sit supra indicauiimus.

Porro autem, inquit, eucharistia & unde baptizati unguntur oleum, in altari sanctificantur. Sanctificare autem non potuit olei creaturam, qui nec altare habuit nec Ecclesiam, Vnde nec uiratio spiritalis apud hereticos potest esse, cum constet oleum sanctificari & eucharisti in fieri apud illos omnino non posse. Oleum peccatoris non ungat caput meum &c.

Rursum ex corporali oleo, ut uides, facit nobis spirituale, sine uerbo Dei, quasi spirituale esse possit, quod ad inventio humana, ut diximus, presumpserit, non solum sine uerbo Dei, sed etiam contra uerbum Dei, unde & hominis ministri sanctificationem requirit, qui ita sanctificet oleum, ut qui eo unctionis fuerit possit esse unctus Dei, & habere in se gratiam Christi, ut antea audisti. Atq; ad hoc, ut fieri possit, requirit altare & Ecclesiam, non Dei uerbum, quo sanctificantur omnia, Nullum enim Dei uerbum siue institutio Christi præcipit aut instituit de oleo, id quod satis supra dictum est, quare ergo uir ille sanctus & certe martyr Christi, affingit gratiam spiritus sancti instituto humano? An non hic gravis error est?

Hancat

IN CAPVT TERTIVM.

Habeat aliquis sexcenta altaria, sexcentasq; Ec-
clesias, nunquam profecto efficiet sua sanctificatione,
ut spiritus sanctus & gratia Christi per oleum de-
tur, quia hoc a Christo non est institutum, & impium
est docere, sine hoc non esse aliquem unctum Dei,
neq; habere gratiam spiritus sancti, Id quod sic dixit
Iohannes Baptista, Non potest homo a se facere quic-
quam, nisi ei datum fuerit desuper. Nonne hic adde-
re licet, Atqui non est datum desuper ulli homini, ut
faciat spiritus sancti oleum, quo unctus fit unctus
Dei, & possit in se habere gratiam spiritus sancti.
Ergo non potest homo hoc facere, sed humana tantum
præsumptio est, quam nulla sequitur efficacia, nisi
erroris.

Miror uero, quam hoc loco Cyprianus faciat Ec-
clesiam, qui tamen Ecclesiam, rectissime solet dicere,
congregationem fidelium, Nam uidetur hic tamē di-
cere Ecclesiam, quale altare, Altare autem sine du-
bio facit exterrimum & corporale, super quod tracta-
tur ab homine presbytero oleum. Atq; ita respicit in
consecrationes illas humanas, quibus tandem factum
est, ut et lapides & ligna sanctificati sint, ut non mi-
Vnde reris de oleo, Nisi enim tale aliquid intelligere uel-
sit lo- let, qui fieret ut heretici non habeant lapides & ce-
cus ali mentum, quemadmodum & ortodoxi, sic enim appella-
quis lati sunt recte sentientes de uerbo Dei.

San- Locus nobis sanctus est, in quo audimus Dei uer-
sus. bum siue sacrum Christi Euangeliū, sic circa etiam
ibi

EPISTOLAE AD CORIN.

ibi oramus & sacramenta suscipimus, Neq; minus sans
titatis habet, si non accesserit consecratio humana,
que, quia sine uerbo Dei est, nihil confert aut loco
aut nobis. Oratio autem fidei qua orant fideles, ut ad-
sit Deus, & Satan non noceat in locis nostris quibus
cunq; aliam rationem habet.

Sanctus inquam est locus, ubi auditur Dei uer-
bum, propter ipsam Dei presentiam, quomodo enim
abesset Deus ubi auditur eius vox? quomodo non ad-
esset sanctificatio, ubi adest sanctus sanctorum, non
quidem per iram, sed per Euangelium, id est, miseri-
cordie predicationem?

Sic dicit Iacob, Gene. 28. ubi audierat Dominum
loquentem, & promittentem Euangelium, id est, be-
nedictionem omnium gentium in Christo, Vere Domi-
nus est in loco isto & ego nesciebam. Quam terribi-
lis est locus iste, non est hic aliud, nisi domus Dei, &
porta caeli. Et ad Mosen ē rubo audientem uocem
Dei, promittentis Isracli ex AEgypto liberationem,
Exodi. 3. dictum est, Ne appropies huc, locus enim in
quo stas terra sancta est, Ego sum Deus patris tui,
Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Iacob, Vidi af-
flictionem populi mei in AEgypto, & clamorem eius
audiui & descendere eum &c.

Non sanctificabatur locus uel à Mose, uel à Iacob,
uel ab ullo homine, neq; dictū est à Deo, Sanctifica lo-
cum, sed potius Deus dixit ad Mosen, locus iste iam
sanctus est, & Iacob, Vere Dominus est in loco isto
&c. Et

IN CAPVT TERTIVM.

¶c. Et tamen nostri his historijs libenter abutuntur
pro suis humanitatis excogitatis consecrationibus.

Nulla postea erat ueneratio rubi, ubi Deus non lo-
quatur illic hominibus, quin et idolatriæ et Sa-
tanæ locus factus est postea in Bethel. 3. Regum. 12. Sic
olim fuit sancta Romana Ecclesia, quando predicabas
tum ibi, et emittebatur inde ad altos Euangelium, et
Episcopi Romani suas ceruices pro Euangelio expo-
suerunt, nunc autem ibi habitant persecutores Euan-
gelij, homicide et mentium seductores, confirmaturque
Antichristi regnum, Error in quo hactenus fuimus
non illis imputaretur, si iam agnoscerent, et uerita-
tem Euangelicam, tam manifeste iam mundo lucentem,
non auersarentur, Quid gloriamur de loco postquam
recessit Dei uerbum? aut quid causamur de loco, ubi
audimus Deum suo uerbo loquentem?

Non potuit sanctitas loci, que erat Hierosolymis
conseruare iactantes, Templum Domini, templum
Domini, templum Domini, Hierusalem, ut non perirent
ipsi cum loco. Quandiu enim ibi audire uolebant no-
cem Domini, locus erat sanctus, ubi contempserunt,
contempserunt eos Dominus et locum, quemadmodum
predixerat. 3. Reg. 9. Et 2. Para. 7. Et nos iactabimus
hodie Ecclesiam Romanam?

Neque uero locus siue mons templi in ierusalem,
alia ratione sanctus erat, quam quod illie tum audie-
batur uerbum Dei, tum quod omnia ibi facta erant et
fiebant secundum prescriptum uerbi Dei, quemad-
modum

EPISTOLAE AD CORIN.

modum antea in tabernaculo Moysis. Deus enim illum locum elegerat &c. Quod cum impij imitari uellent in lucis suis & excelsis illis, dicentes, Deus sic praecepit Moysi ædificare, consecrare, uestire sacerdotem, sacrificare &c. cur non faceremus & nos ubi cunq; libet? condemnati sunt a Deo, & tandem cum suo Dei cultu abiecti. Eadem enim videbantur faceare, quæ Hierosolymis fiebant, sed non habebant ad hæc idem Dei uerbum, immo contrarium uerbum habebant, ne talia alibi facerent, Ita imitatio semper est infœlix & impia, in rebus diuinis, sine expresso Dei uerbo.

Quod igitur altare Cyprianus necessarium facit ad olei sanctificationem? aut quot tandem necessaria requiruntur ad hoc, ut simus uicti Dei, & habeamus in nobis gratiam Christi? An non sufficit ad salutem, quod Christus dixit. Ite, prædicate Euangeliū, qui crediderit prædicato Euangeliō & baptizatus fuerit, saluus erit, qui uero non crediderit, condemnabitur? Nunquid Cyprianus seruus maior est domino suo, aut apostolus maior eo qui misit illum? Certe hoc non præsumit sanctus martyr, & tamen hæc doctrina eius tò pertinet.

Christiani ut non requirunt sanctitatem lapidum, quibus omnis creatura ad usum sancta est, non ignorantibus illud Pauli, Templum Dei sanctum est, quod estis uos, & illud, An nescitis, quod membra uostri templum sunt spiritus sancti, qui habitat in uobis, & illud

IN CAPVT TERTIVM.

illud. Ambulabo inter uos, & ero Deus uecter, &c.
ita nullum altare, in quo se & sua precesq; suas D^oc
patri offerant, sciunt & agnoscunt, prater unum
quod est Christus Iesus, propiciatorium nostrum,
Rom. 3. de quo dicitur Heb. 13. Iesus Christus heri &
hodie, idem est etiam in secula, doctrinis uarijs ac
peregrinis ne circumferamini, Borum enim est gra-
tia stabiliri cor, non escis, quæ non profuerunt ihs, qui
uersati sunt in illis, habemus altare, de quo non est fas
edere ihs, qui tabernaculo deseruiunt. In hoc altari
omnia nostra sunt accepta Deo, id est per fiduciam in
Christum, Extra hoc altare, id est, per alienam fidu-
ciam, nihil est acceptum Deo, quantumcumq; specio-
sum, quemadmodum illic additur. Per ipsum igitur
offeramus, &c.

At uero locum, in quo secundum institutionem
Christi ad communicandum tractamus sacramentum
corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, si-
ue altare uulgata appellatione, siue mensam, siue alio
honesto nomine appelles, per nos licebit. Neq; enim
de talibus appellationibus contendimus, ut neque de
ornatu uel orum & candelabrorum in mensa siue al-
tari, quæ sanæ doctrinae Euangeliij non repugnant, ut
omnia apud nos, sine scandalo imbecilliorū fratrum,
decenter & ordinate stant. 1. Cor. 14. non per super-
stitionem necessaria habeantur ad salutem, Col. 2. ut
hactenus.

Quam ita salutem habet, qui multa altaria, quæ
appellantur,

EPISTOLA AD CORIN.

appellantur, habet, & ipsum uerum & unicum Christianorum altare, id est, Christum non habet: ut non sit opus querere, num oleum possit esse sanctum, & sanctificare, in illa Ecclesia, ubi non est altare, id est, Christus, ibi enim esset Ecclesia & synagoga Satanae, est autem illic, ubi non creditur Euangeliu Christi & doctrinæ Apostolice.

Miror uero, cur Cyprianus sanctificationi olei sui, adiunxerit eucharistie sanctificationem, quasi uero homo sanctificet eucharistiam, id quod tamen Cyprianus dicit, significans orthodoxos sanctificare eucharistiam, & apud eos fieri eucharistiam, apud hereticos minime, quare: quia inquit illi habent altare, hi uero non habent.

Nolo dicere, quid efficiant istæ ridicule rationes
Or̄umenta, Ego quidem hereticum hominem, post unam & alteram admonitionem, deuitabo, ne audiam eius dogma, & si in ministerio est Ecclesiæ, ne ultra suscipiam ab eo Christi sacramenta, non tamen dicam illos, qui simplici fide a tali accipiunt sacramenta, non suscipere uera sacramenta. Siquidem non hominis neq; heretici, neq; non heretici, suscipere uolunt sacramenta, sed Christi, Volunt in Christum baptizari, uolunt corpus Christi edere, & sanguinem Christi bibere, in Christi commemorationem, quia hec ita Christus instituit. Non fallentur hic boni homines, credentes & obedientes Christi institutioni, quemadmodum credunt, ita fit eis, Credunt autem in

Institutio Christi certificat nos de sacramentis quæ lis quæ lis fit ministrer.

IN CAPVT TERTIVM.

uerbum & institutionem Christi, quæ eos fallere non potest, Christi ergo accipiunt sacramenta, & a Christo, ut supra diximus. sanctificationem humanam, qui recte sentit & intelligit, hic non expectat.

Longe alia ratio est horum duorum sacramentorum, quæ Christus nobis instituit & accipi iussit. Ab homine non sanctificantur, id quod & alibi nobis dicendum est, propter Satanam qui nunc omnia, quæ Euangelij sunt, nititur hominibus facere incerta, per suas sectas & ueteres & nouas.

Addo hic etiam, quod si quis non ignorans, sed uolens communicaret tali heretico Ecclesiæ suæ ministro, non publice docente contra sacramentorum, Christi institutionem, communicaret inquam, suscipiendo aut suscipi faciendo ab eo Christi sacramenta, & interim respiceret in Christi institutionem, qua Christus consecravit nobis baptismum, consecravit nobis eucharistiam, hic inquam etiam susciperet uera Christi sacramenta, nam Christi sunt non hominis, quæ Christi institutio nobis ac nostris parvulis, quos Christus offerimus, consecrat & donat.

Posset fieri ut hic peccaret, communicando heretico ministro cognito, posset etiam fieri ut non peccaret, aliqua necessitate aut iusta causa coactus, non tamen eius fides, quæ respicit in Christi institutionem, fista suscepit sacramenta. Vbi institutioni Christi fitur, ibi uera sunt sacramenta uel tibi suscipienti.

Ab' gen autem damnamus illorum qui indigne suscipiunt

EPISTOLAE AD CORIN.

scipluni, non respondentes Christi institutioni, quos
oportet admonere, ut Apostolus admonuit & incre-
pauit suos Corinthios, non tamen propterea oportet
rebaptizare, aut negare uerum Christi corpus fuisse
quod acceperunt, modo accipientes crediderint esse
corpus Christi, secundum Christi institutionem.

Si quis uero negaret ibi esse corpus Christi, quod ta-
men institutio Christi dicit, hic certe, quemadmodum
hodie nostri sacramentarij, non acciperet uerum
Christi sacramentum, quod ipse instituit, sed aliud
forte quod Christus sua institutione non agnoscit.

Similiter si quis blasphemaret sacrum Christi ba-
ptisma, dicens, quemadmodum cum dolore audiuimus,
esse balneum canis, hic neq; pro se neq; pro suis par-
uulis haberet baptismum, nisi penitentia redeat ad
baptismum Christi quem accepit, & paruuli ab alijs
non blasphemis adducantur Christo & baptizentur.

Breuiiter id quod ex ante diximus. Christus insti-
tuit Euangelium prædicari, instituit baptismum, in-
stituit eucharistiam. Hæc tibi prosunt uel a Iuda tra-
ditore, dum interim Apostolus est, accepta.

At ait Cyprianus hic non dicit de occulite malo mi-
nistro, & peruerso atque infideli apud semetipsum, qua-
lis erat Iudas, electus interim a Christo ad munus A-
postolicum, qui non uidebatur aliud prædicare, quare
Euangelium a Christo mandatum, sed dicit de heretico
& schismatico iam cognito & ab Ecclesia sepa-

R * rato,

IN CAP VT TERTIV M

rato, cum quo iam non liceat habere commertium, in doctrina & sacramentis.

Respondeo, Valde libenter hoc accipio, Non enim audeo, tantam rerum sacrarum ignorantiam impingere tanto martyri & doctori, ut nescierit differentiam inter sanctitatem hominis & ministerij eius, Post homo esse non sanctus, qui minister est uerbi & sacramentorum, uel alterius legationis, quando intem tamen ministerium, quod prestat sanctum est, nempe non hominis, sed Dei, & a Deo commissum, ut non respiciamus in ministrum hominem, sed in Deum ministerij autorem, ueneremurque hominem ministrum, non propter se, sed propter Deum, cuius dona & manda per hominem ministrum suscipimus, quemadmodum ut principem, principis legatos suscipimus, quales quales ipsi apud semetipos uel alios sint.

Non enim quia Iudas malus est, nempe diabolus & proditor, ideo Euangelium quod predicat, & baptisma cuius minister est, malum est, Video cum Apostolum, non requiro in eo, ut communicem latenti impietati, sed ut per eum accipiam Euangelium, quod non est Iude, sed Christi, baptisma quod non est Iude, sed Christi, sacramentum corporis Christi, quod non est Iude, sed Christi, Exempli gratia ista dico, ne quis merideat, quasi ignorem, quod Iudas non celebrauerit missam, quemadmodum nunc loquuntur, Nam tametsi ceruicem suam laqueo permiserit, tamen multos filios post se reliquit.

Secundum

EPISTOLAE AD CORIN.

Secundum hæc beatus Paulus ministerium suum ubiq; iactat, ut cunq; aliqui ipsius personam contemnabant, & in alijs personas accipiebant. Sic enim ait 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei, Mihi pro minimo est &c q.d. qualis' qualis sim, minister Dei sum, & qui suscepit prophetam nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, pseudo apostoli uero, qualicunq; specie fulgeant, ministri sunt Satanae, quibus crederet oportet eos, qui dilectionem ueritatis non suscepserunt, ut salvi fierent, Et. 2. Cor. 5 dicit. Nomine Christi legatione fungimur, tanq; deo uos exhortante per nos rogamus pro Christo, reconciliemini deo.

Hæc itaq; non ignorauit doctissimus martyr Cyprianus, ne calumniator uidear, ubi candida interpretatione uti licet, neq; tam sollicitus sum pro Cypriano, iam cum Christo agente, quam pro ueritate Dei, ne scilicet aliquis ineptis argumentis & detortis scripturis, quasi autoritate tati uiri, seducatur, ut sentiat pro impiare rebaptizatione.

Quanquam si quis urgeret ex uerbis Cypriani, eum requirere, etiam sanctitatem hominis ministri, ut possis habere aquam sanctam & sanctum siue efficax baptisma, quid responderem?

Accipio igitur libenter, quemadmodum & de beo, uerba Cypriani, de heretico & schismatico, ab Ecclesia publico iudicio separato, propterea quod docet contra Euangelium Christi & doctrinam Apo-

IN CAP VT TERTIVM.

stolicam, alioqui unde esset hereticus?

At sit interim aliquis qualis qualis sit, & doctrinam, quæ est contra Euangelium Christi & Apostolorum, habeat sibi diabolus, est enim doctrina deminatorum, ut ait Paulus, Neque probamus, sed reprobamus, si qui publicas functiones ambiunt, non habentes Ecclesiam, id est, populum Christianum sibi commissum, quos nos dicimus, non uocatos. Si non sic intelligit Cyprianus, quosdam non habere Ecclesiam, ipse uiderit. Ego uero, ut hic perpetuo agam quod ago, interrogo.

Ab hæc Si ego uolo accipere baptismum Christi aut cor retico pueri Christi, secundum Christi mandatum & institutionem, & incido forte in hereticum, id est, qui do baptice ceat in aliquibus contra uerbum Dei & synceram zatus, Euangelij ueritatem, aut non incido, sed sciens & sed nō uolens participo cum eo, utcunq; in hoc peccem, & heretatem non audio ibi (quod uel ad speciem uerborum attinet) negationem Christi, negationem sanctæ trinitatis, negationem scripturæ sanctæ, negationem sacramentorum Christi, breuiter, habeo eum proximo Christi, hoc est, Euangelij & sacramentorum dispensatore, quem & video agere in functione hac publica, Interrogo inquam, num ibi uera suscipiant Christi sacramenta?

Non negant nunc Theologi, uel Augustino probante, Fides autem Christiana hoc certo scit, Cur enim non uera sint, que Christi sunt? Ego Christi sacramenta

EPISTOLAE AD CORIN.

cramenta requiro, secundum Christi institutionem,
nihil requiro humanum, non uolo domini Conradi
baptismum aut sacramentum, sed Christi. A Christo
accipio per quemcunq; ministrum, & in salutem ac-
cipio, si bona fide accipio.

Resistit autem Cyprianus, sed ineptis argumentis.
& ridicule citatis scripturis, ut diximus. Qui & hoc
ex Ecclesiastici. 34. ad Quintinum citat. Qui bapti-
zatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid
prodest leuatio eius & ubi mortuum intelligit hæreti-
cum, quasi uero non illic mortuum neutro genere di-
ctum sit, & agatur non de baptismo Christianorum,
sed de lotione Iudeorum, qui secundum legem uarie
per tactum impuri reddebantur.

Resistit etiam totum illud concilium Africanum,
Carthagine cum Cypriano congregatum, in quo fue-
runt plus quam octoginta Episcopi, sed certe Cy-
prianicis argumentis & scripturis, nisi quod hoc se-
pe illuc repetitur, quod scribit Paulus Ephe. 4. Vnum
corpus & unus spiritus, quemadmodum & uocati
estis in una spe uocationis uestræ, unus dominus, una
fides, unum baptisma, unus Deus & Pater omnium,
qui est super omnia & in omnibus uobis. Quod cum
alij possent obijcere rebaptizatoribus, quod non
unum sinant esse baptisma, ipsi pro se arripiunt, die-
centes, singulas hæreses singula habere baptismata
extra Ecclesiam, unum & uerum tantum esse in Ece-
clesia, quod qui non accepit nihil accepit, iecirco se

R. + non re

IN CAPVT TERTIVM.

non rebaptizare baptizatos, sed baptizare non uere baptizatos, esse itaq; illud unum baptismus, de quo Paulus dicit, quod ipsi tradunt, nō q̄ heretici tradiderūt.

Audio extra Ecclesiam, audio hereticos, nisi quidam his uocabulis passim omnes sine discrimine condemnarent, qui non sentiunt cum ipsis, forte aliquo modo esset uerum, quod aliqui non tam rebaptizandi sunt, quam baptizandi qui non recte baptizati sunt non tamen secundum argumenta et scripturas Cypriani, non enim baptismus hominis est, sed Christi, nemo enim Christo initiandus cupit in hominem baptizari, sed in Christum. Non recte ergo baptizati sunt, qui non in Christum nomine patris et filii et spiritus sancti baptizati sunt.

Non itaq; probamus baptismus Turcarum et Iudeorum, habent enim uaria, que uere sunt extra Ecclesiam, sed neq; talium hereticorum baptismus probare possum, quando qui baptizantur sentiunt cum eis, quales sunt Manichei, Patripassiani, Appellionite, Marcionite, de quibus ad Lubianum respondet solum Cyprianus, ubi sibi sanctissime obiectum fuit, querendum non esse quis baptizauerit, quandois qui baptizatus sit, accipere remissionem peccatorum potuerit, secundum illa que credidit, Tales enim heretici sunt ueri et manifesta doctrina negatores Christi, et sancte trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, cum quibus qui credit, quomodo potest in Christum, uerum Deum et hominem, nomine aeternae

et cora

EPISTOLAE AD CORIN.

Ge equalis trinitatis baptizari? quemadmodum supra diximus ex Augustino, Manicheum debere baptizari, ubi transit ad nostram fidem.

At Cyprianus contentus, quod hasce solum pestes nominarit, quando debebat inter hereticos discerne-re, sic potius addidit. Ac ne longum sit per hereticos uniuersos decurrere, et singulorum uel in peccatis uel in insanias recensere, quia nec delectatio est dicere, quod aut ostendere pudet aut nosse, de Marcione interim solo, cuius mentio in epistola a te ad nos facta est, ex-a-minemus, an possit baptismatis eius ratio consta-re &c.

Quis non mallet hic audire de Nouatiano, de quo illic Cyprianus cœperat, quam de Marcione docen-te aduersus Deum patrem, & aduersus Christum eius, non aliud quam mera & manifesta Satanae portentas

Ego non uolo baptismum Petri uel Pauli, uel Cypriani, uel alicuius etiam angeli, tantum abest ut uenimus baptismum cuiuscunq; heretici, ne dum insani Marcionis, uolo autem baptismum Christi. Si postea cognouero non debuisse me communicare cum ministro, qui me secundum institutionem Christi baptizauit, ab eo abstinebo, cauebo malum dogma, abiiciam errorem, si quem ab eo accepi. At cum eo quod Satanae est, non abiiciam quod Christi est. Baptiza-tus sum in Christum nomine sanctæ trinitatis, sic uoluui aut sic uoluerunt qui me puerū Christo, ut Chri-

R s stinaus

IN CAPUT TERTIVM.

stianus essem, obtulerunt, non possum melius baptizari, etiam si me Petrus Apostolus baptizaret. Nam et Petrus non suo nomine baptizauit, sed Christi.

Donec igitur Christum, aut patrem & filium & spiritum sanctum, cuius nomine baptizatus sum, non feceris hereticum, non persuadebis mihi me ab heretica baptizatum. Si quidem ille me baptizauit, cuius nomine baptizatus sum.

Quod si non in Christum baptismi autorem & datorem respiciamus, ut hactenus, quando omnium confessione dictum est, homines in baptismo fieri Christianos, & accipere remissionem peccatorum, quemadmodum & Petrus dixit Act. 2. Poenitentiam agite & baptizetur unusquisque uestrum in nomine Ihesu Christi, in remissionem peccatorum, & Paulo dictum Act. 22. Exurge & baptizare, & ablue peccata tua inuocato nomine domini, sed incoepimus potius respicere in ministros baptizantes, non erit rebaptizandi finis, Non enim potest fides quiescere, nisi in Deo siue in certo Dei uerbo.

Nam ubi persuasus sum ex uerbis Cypriani, optere a sacerdote sancto sanctificari aquam, ut possit abluerre peccata, oleumque similiter sanctificari, ut eius unctione possim esse unctus Dei, & habere in me gratiam Christi, non posse spiritum sanctum dare, qui ipse spiritum sanctum non habet, sic enim perpetuo argumentatur, quasi uero Iuda prædicante Euangeliū non possit aliquis credere, & filius Dei fieri,

EPISTOLAE AD CORIN.

fieri, id est, accipere spiritum sanctum per Iudee ministerium, quando interim tamen Iudas non habet spiritum sanctum, sed diabolus est et filius perditionis, aut quasi non fiat nobis, quem admodum credimus secundum verbum Dei, qualis qualis sit minister.

Vbi igitur inquam ita persuasus sum, ne sanctitas quidem Cypriani, et omnium Africæ Episcoporum, mihi satis fuerit, sed ne omnium quidem Ecclesiarum Christi, Aut si non tam de sanctitate personarum agitur, quam de sanctitate doctrine contra heresim, et facile licet hereticos facere, qui non sentiunt nobiscum aut etiam qui in aliquibus errant, non inueniam tam sanctos, tam doctos, tam exacte omnia intelligentes et sentientes, quin postea uel ex scripturis sanctis argumentur erroris, uel certe per calumniatores fiat, ut incipiam de eis uel dubitare uel etiam male sentire, et ita baptizatus ab his quasi hereticis uel schismatibus, uadam ad alios, quasi sanctos, rebaptizandus, et ab illis rursum ad alios, quia in homines respicio, et non in ea, que Dei sunt, et propter humeros errores damno Dei ueritatem, id est, baptismata, quod uere Christi non hominis acceperam.

Accipe exemplum illius temporis. Aliquis est baptizatus a Nouato, uenit ad Cyprianum, ibi audit Nouatum esse hereticum, et rebaptizatur, Deinde Roma audit Cyprianum in hoc condemnari quod re-baptizat, querit ergo ibi aliquem qui recte baptizet. Nam tametsi ibi non inueniat aliquem rebaptizatorum,

IN CAPVT TERTIVM.

Zatorem, tamen donec perstat in sententia Cypriani quod oportet a sancto baptizari, non habebit pacem conscientiam. Quod si et ibi baptizaretur, tamē reuersus in Africam condemnaret rursum suum baptismum Romæ acceptum, quod a Cypriano audit Stephanum Romanum Episcopum condemnari, quasi non solum erroneum et imperitum, sed etiam hæreticorum, contra Christianos et contra Ecclesiam, defensorem, quemadmodum uides in ep. Cypriani ad Pompeium quia contradicit rebaptizationi.

Ita uexamus hominum conscientias, ubi nostra, non uerbum Dei docemus, id quod non est pascere oues, sed per præcipitia abducere.

Potuit hic Cyprianus, cum suis Africanis, a grecis et latinis Ecclesijs, maxime a Romana tunc sanctissima, talis haberij, id est, hæreticus vel schismaticus, quales ipsi habuit multos, nisi eis uisum fuisset, Ecclesie pacem propter hoc non perturbandam. Nam pertinax fuit in hac sententia, nec admonitus desistere uoluit, iudicans necessariam esse rebaptizationem hanc, et reos fieri Episcopos animarum illarum quae non acciperent baptismum, postquam erant ab hereticis baptizatae, id quod uides in eius scriptis, et in concilio illo Carthaginensi siue Africano.

In quo itaq; se iustificauit, in eo alios damnauit, tamen et ipse pacis amator erat, admonuit solum suos Episcopos, alijs autem Ecclesijs non obturban- dum, sed finendum, ut earum Episcopi agant ea de quibus

EPISTOLAE AD CORIN.
quibus Domino sint reddituri rationem.

Sic enim scribit libro .2. Epistolarum, Epistola .9.
Ceterum scimus quosdam quod semel imbibent nolle
deponere, nec propositum suum facile mutare, sed
salvo inter collegas pacis et concordiae vinculo, que-
dam propria, que apud se semel sint usurpata retin-
nere, qua in re nec nos uim cuiquam facimus, aut le-
gem damus, cum habeat in Ecclesie administratione
uoluntatis sue arbitrium liberum unusquisque prepo-
situs, rationem sui actus domino redditurus. Hæc ille.

Postea etiam in leuioribus rebus cœperunt facere
hæreticos, quemadmodum Victor Romanus pontifex,
uoluit excommunicare et hæreticas declarare om-
nes Asiae Ecclesiæ, quod quartadecima luna primi
mensis, quando Iudeorum azyma eduntur, pascha
celebrabant, id est, non eo die quo ipse Rome quid
stultius? Hæc legis lib.5. Ecclesiastice hist. Magna que-
stio tum erat, et concilia passim Episcoporum con-
uocabantur de die Pasche, O causam necessariam.

Nunc hæreticos faciunt, qui uel uerbo contra pa-
trimonium Petri dicunt, id est, contra luxum cleri-
corum, Nos autem satis ridicule hæreticos faciunt,
quia Euangeliū Christi prædicamus, contra tradi-
tiones et iusticias humanas.

Non itaq; satis est ludere his uocalibus, Hæreti-
cus, extra Ecclesiam, sed expime in quo sit aliquis
hereticus in quo sit extra Ecclesiam, ne ubi recte
damna errorē, simul male dannes que sunt Dei, ut
possis

IN CAPVT TERTIVM.

possit certo docere conscientias, & si earum non perturbator, sed doctor & consolator.

Ibi, inquit Cyprianus cum suis Episcopis, est Ecclesia & unum baptisma, ubi, quemadmodum Paulus ait, est unus Dominus, una fides, unus Deus & pater omnium. Quis contra dicit? Valeat illa impietas, quae manifeste docet alium esse Dominum, quam Dominum nostrum Iesum Christum, quae docet alium esse deum, quam Deum nostrum patrem omnium, quae docet aliam fidem, quam in Dominum nostrum Iesum Christum, quae docet aliam spem, quam illam unam ad quam vocati sumus, ut non liceat, per susceptam hanc Satane tam portentosam doctrinam, esse in uno corpore Christi, & uno eiusdem spiritu uiuificari. Quid nobis cum his Satane ludibrijs? Nihil disputamus pro baptismō Manicheorum, Valentinianorum, Marcionitarum, Cherinthiorum & aliorum qui manifesta doctrina & expressis uerbis Christum negant.

De baptismō & sacramentis eorum agimus, in quorum Ecclesia docetur Christus Deus & homo, suo sanguine nos redemisse, docetur pater & filius & spiritus sanctus unus esse Deus, docetur quod baptizantur in Christum, uel ut vulgo dicunt, quod in baptismo simus Christiani, ibi enim resignamus diabolo & promittimus fidem Christo, quemadmodum sponsus sponso.

Ibi dicimus contra Cyprianicum concilium & dogma, quod uere suscipit baptismum Christi, quib[us] multe

EPISTOLAE AD CORIN.

uult illuc in Christum baptizari, nec opus habet pos-
tea alio baptismo, nisi qui in Christum baptizatus est,
postea uellet in aliud baptizari. Nihil est ut hic dicas,
Cyprianum debere audiiri doctissimum, sanctissimum
& martirem Christi. Nam ueritas Dei audienda est,
non humana autoritas.

Alioqui oppono Cypriano omnes aliarum Eccle-
siarum, non Africarum, Episcopos, maxime Italica-
rum, in quibus est sanctus Cornelius Episcopus Ro-
manus & ipse doctissimus, sanctissimus et martyr Chri-
sti, & eius successores Lucius, Stephanus, Xystus etc.
qui omnes nobiscum contradicunt concilio Africano,
quod & ipsum postea, ne in Africa quidem seruatum
est, quemadmodum uides in scriptis diui Augustini,
in Africa uerbo Dei præsidentis, Antequam enim ibi
factus est Episcopus iamdudum abolita uidetur illius
concilij autoritas, tantopere a Cypriano, non ex uer-
bo Dei, defensa.

Sed ecce propono tibi certum exemplum huius
quod dico, unde reliqua estimare tibi liceat, & ut non
longius recedam a causa, quam ago contra Cypriani
rebaptizationem, accipio Nouatum Romane Ecclesie
sæ olim presbyterum, postea per celeberrimum Romæ
congregatum concilium condemnatum hereticum,
ut legis lib. 6. Ecclesiastice historie.

De hoc, ut noris qua parte sit hereticus, ita scri-
bitur in historia tripartita lib. 2. Nouatus presby-
ter, se ab Ecclesia Romane communione substraxit,
quod

IN CAPVT TERTIVM.

quod Cornelius Episcopus, fideles qui sacrificauerant tempore factae persecutio[n]is a Decio, in communione reme[re]cepisset. Pro hac itaq[ue] causa segregatus, & ad Episcopatum a consortibus suis Episcopis euocatus, scribebat Ecclesiis, ne eos qui dæmonibus immolauerant, ad sacramenta susciperent, sed invitarent quicdem ad poenitentiam, remissionem uero Dei relinquerent potestati, cuius solius est peccata remittere. Hec ibi.

Ex his uerbis, quis non uidet Nouatum in omnibus, quod ad doctrinam attinet, consentire cum alijs, non accusari quod doceat contra ea, que sunt Euangelijs Domini nostri Iesu Christi, præter hoc unum, quod non uult atq[ue] adeo prohibet suscipere, & remissionem peccatorum, datis sacramentis, promittere eis, qui in persecutio[n]e, ut uitam redimerent, sacrificauerant idolis que est negatio Christi. Neq[ue] uerum est, quod uulgo de Nouato dicunt, quod negauerit quibuslibet peccatoribus, post baptisma, remissionem peccatorum, sed solum illis, qui negauerant in persecutio[n]e Christum, negauit remissionem, non tamen afferuit non posse eos consequi remissionem peccatorum, sed non uoluit aut non audebat eis eam promittere, Nam hoc uocabat peccatum ad mortem, pro quo Iohannes dicit non orandum.

Error certe hic fuit, qui recte condemnatus est a sanctis Episcopis, & sine dubio homines quidam ad desperationem, adacti fuissent, nisi tunc ualde liberum fuissent

EPISTOLAE AD CORIN.

frasset ad alios confugere, remissionem peccatorum pœnitentibus promittentes. Nam non est peccatum ad mortem, ubi desideratur uenia qualiscumq; negationis, ut notum est ex negatione Petri, sed suos errores iam cognitos, per doctrinam defendere, & ueritatem agnitam impugnare, hoc deniq; est peccatum ad mortem, pro quo non est orandum, sed potius contra illud orandum est, ne proficiat, sed potius confundatur & pereat.

Oramus quidem pro inimicis nostris, sed ubi gigantes Deum cœlo pellere conantur, id est, ubi contra ueritatem & contra innocentiam insaniant, & suam insaniam contra conscientiam suam defendere nituntur, oramus cum Psalmista. Contende Domine aduersus contendentes contra me, expugna impugnantes me. Apprehende scutum &c. Neq; tamen his ipsis, si postea Deus dederit pœnitentiam (quod utinam fiat) negamus remissionem peccatorum, tantum abest ut consentiamus in hac parte Nouato.

Ecce habes errorem Nouati, agnoscis eum, dune resipiscere non uult, iuste damnatum ab Episcopis, ob hunc tantum errorem, nam pertinaciam uidetur addisse, ubi se male ab alijs per schisma separauerat.

Quid si hic Nouatus, ut Cyprianus in rebaptizatio[n]e, non egerit contra conscientiam licet erroneam, sed uictus quibusdam scripturis male intellectis, non potuerit non sentire contra alios recte sentientes

IN CAPVT TERTIVM

Nam uideo in eadem historia, eundem Nouatum, sub persecuzione Valeriani principis, martyrio uitam finijisse, & potuit fieri ut in morte, uel a Deo non imputatus sit error incognitus, uel ipse de cognito ueniam rogauerit. Verum haec nihil moror in causa de qua nunc ago.

Esto uerum sit, quod ut scribunt de eo, per superbiam se separauerit & schisma fecerit, esto uera sint omnia crimina illi, que a eo scribit Cyprianus, esto sit ipse damnatus etiam a Deo, quando uides eum factum Episcopum a suis, & habere multos, qui cum habeant pro uero Dei ministerio, unde audire possint uerbam Christi, & accipere non Nouati, sed Christi sacramenta, etiam si ipse esset Iudas proditor, interrogabo, num uerum sit, quod ipse in Ecclesia sua docet, nempe Deum patrem omnipotentem tradidisse pro nobis unigenitum filium in mortem? Deinde interrogo, num qui hoc audiens ex Nouato prædicante, & propterea credens, possit esse saluus a peccato & esse filius Dei? secundum illud. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius.

Quod si ibi est doctrina, qua possit qui credit ueram habere salutem & esse filius Dei, & si ibi alius ex ministerio uerbi, quod ibi præstatur, accusatus est ueram in Christo salutem, cur non uerum est baptisma, quod ibi susceptum est, quando ille non filius Nouati, sed Dei factus est, non in Nouatum, sed in Christum baptizari uoluit, quando etiam Nouatus nihil

EPISTOLAE AD CORIN.

nihil docet contra Christi baptismum, sed potius in baptismō tolli omnia peccata, et homines fieri Christianos?

Postea cognitus error debet damnari, non id quod uerum est, quod est Dei et Domini nostri Iesu Christi, id quod antea sepe diximus.

Sic etiam et sanctissime docuit sanctus martyr Cornelius, cum omnibus Ecclesiarum Episcopis, quia omnes uerum esse baptismā, quod a Nouatianis hereticis susceptum est, asseruerunt, praeter Cyprianum cum illis qui ei adhærebant.

Ex hoc exemplo de Nouato satis manifestum evadit, quid de alijs sentias, qui in aliquibus errant uel errare faciunt, que interim ueritatem sacramentorum Christi non auferunt, nec etiam efficaciam, illis pter qui simplici fide accedunt? Habet itaq; exemplum, Papā ne ubi urgetur Cypriacus, terreat nos Manichei, Mar nō sunt cionitis et reliquis Satana monstribus, nam Nouatianorum baptisma solet condemnare, ut uides Ep. 6. li. 1. enda, quos aut iustificare non oporteat, tamen baptisma quae per eos susceptum sanctum et uerum est.

Non frustra hec inculco tam multis. Nam sunt, sunt qui sentiunt rebaptizandos, qui a Papistis sunt baptizati, propterea quod hi iusticiariis et dæmonioristi. rum doctrinis, obscurarunt nobis Christum, in quem oporteat baptizari. Satanicum plane est hoc argumentum, quasi propter inuriam pastorum, uel qui seducti sunt, uel qui sua sponte uenient obtulerunt,

IN CAEV TERTIVM.

condemnande sint etiam oves Christi, que in Christum baptizate sunt nomine patris & filij & spiritus sancti, atque adeo condemnandum sit baptismus, quod non est Papistarum, sed Christi, quod ipsi etiam (deo sic curante pro hominibus) suis additionibus & doctrinis non potuerunt confundere, adeo ut traditionem eius in necessitate liberam relinquerent omnibus Christianis, etiam foeminiis, & docerent recte & in alterum esse baptizatos illos, quibus nulle ceremoniae, nullum oleum, nullae sanctificationes, breuiter, quibus nihil aliud in baptismo, praeter id quod Christus instituit, accessisset.

Quid tibi hic displaceat in baptisme, nisi forte prius baptizatus in Christum uero baptisme, nunc uelis baptisme alio in alium, nescio quem, baptizari?

Condemna itaque non baptismum eorum, non scripturam sacram quam habent uel in speciem, non quod apud eos Dei & Christi est, sed quod ipsi male addiderunt, id est, traditiones humanas, quibus Christum & scripturas obscurarunt, ob quas traditiones statueras, quidam ex eis hodie Christum & Euangeliū eius oderunt & persequuntur, His non consenti, sed contradicito ubi oportet, nullum sit tibi commercium, cum impia eorum doctrina, quam uerbo Dei addiderunt, cum subuersione scripturarum, qua sus contra Dei iusticiam statuerint, cum abusu sacre euangelie, quam Christus longe aliter instituit atque iste

EPISTOLAE AD CORIN.

Isti obseruant, & si quid aliud sane doctrine & Eu-
angelio gloriae Dei aduersatur, Et tutus eris ad
uitam eternam, nec desyderabis aliud baptisma, eti-
am si sis in Ecclesia Papistica, modo iam cognitum era-
rorem condemnes, & fidei que est in Christum ad-
hereras, secundum Euangeliū Domini nostri Ihesu
Christi.

Nam & nos sub Papa agimus, & premimur eius
regniq; eius tyrannide, quia non eius sed Christi pasto-
ris nostri uocem ut oves Christi audimus, & secun-
dum uocationem nostram Christi uocem audiendam
docemus. Quod si non sub eo essemus, sed uel inter
Grecos uel alibi, non premeremur ab eo, & tamen
utiq; nobis licet esse Christianis & in Ecclesia Chri-
sti, in qua sunt quotquot credunt in Christum, etiam si
sub Turca premantur. Cur non hoc dicam, quando ad
huc in mundo agimus, qui est regnum Satanae, cuius
ipse princeps a Christo dicitur, et utiq; licet nobis esse
Christianis, dum in mundo quidem sumus, sed de mun-
do non sumus, ut dixit Christus, Iohān. 17.

Iniusticiam Satanae damno, licet in mundo, &
doctrinas dæmoniorum, licet sub Papa, Errorem iane-
cognitum abiijcio, quia Satanae est, baptismus autem,
quod suscepi, non abiijcio, quia Christi est. Condem-
no iam que Christi gloria non sustinet, amplector au-
tem, que Dei sunt, id est, doctrinam legis & Euana-
geliū, hoc est, totam sacram scripturam, lege cognos-

IN CAPV T TERTIVM.

Scitur peccatum, Euangelio iustificamur.

Neq; uero ideo non est Ecclesia Christi sub Papa, ne voc causeris, quia ipse hodie cum suis prædicatoriis est Antichristus. Nam secundum Paulum, homo ille peccati, filius perditionis, aduersarius, extollens se aduersus omnia, que dicuntur Dei et ueris Dei cultus, sessurus est, non alibi quam in templo Dei, ut ostentet se ipsum esse Deum, quem etiam uel summū reges adorent et c.

Dicat uel ipse Paulus Corinthiis scribens, quod nam sit templum Dei, nempe Christiani, qui sunt uera Ecclesia et templum spiritus sancti, ubi cunq; fuerint, hos turbaturus, hos pressurus sua sessione, id est, regno uel, ut ita dicam, regeneratione, dicitur Antichristus, Durum quidem, quod oves dicuntur esse in medio luporum, sed consolatio addita est, quod propter lupos non minus dicuntur oves templum Dei. Saluat enim semper Deus suos, etiam in medijs tenebris, quemadmodū tres pueros in medio fornacis ardenter.

An non putas fuisse, qui sub regno Papistico, maxime ubi sentiebant uere sua peccata, aut in morte, apprehenderint corde illas uoces, Christus passus est pro peccatis nostris, suo sanguine, si credis, auferit omnia peccata tua. Wer uns das kindlein nicht ger por! o weren wir alzumal verloren/ das heil ist unser alle Credo remissionem peccatorum. Dimittit nobis debita nostra, que uoces et similes fuerunt nobis ut et nunc sunt uulgatissimæ, et prædicabantur quoq;

An in-

EPISTOLAE AD CORIN.

An inquam non putas fuisse, qui eas apprehenderint
corde, ut uocem sui pastoris Christi, & reliquerint
monachis & Papistis sui figmenta & satisfactiones,
di ita in Domino defuncti sunt, ut interim taceam de
tanta parvolorum baptizatorum turba, quos hinc
Deus rapuit in cœlum.

Quod scio narro. Habui fratrem ex utroq; paren-
te, iuniorum me, non in eruditum, hic moriturus se-
mel atq; iterum, & forte tertio confessus est monacho
Franciscano, ego aderam morituro, legebam ei mul-
tos psalmos, et nescio quid aliud ei ex sacris literis di-
xerim, quemadmodum tum in temporibus illis igno-
rantiæ intelligebam, Nam sacra quidem amabam, sed
fidei ratio, sine qua scriptura omnibus clausa manet,
mihi nondum erat reuelata. Is itaq; post confessiones
illas, conflictabatur cum doloribus suis & conscienc-
ia sua, nec aliquid ei uidebatur satis dici, nisi quan-
do spem ueniae ex uerbo Dei audiuit, Altera autem
die cum nobis aliqua spes esset, quod melius esset ha-
biturus, quiescebat apud semetipsum, aliquandiu me-
ditabundus, Et dum interim qui circa eum erant ta-
ccerent, ego enim exieram domo, tandem hac uoce
conuertit se ad parietem, Miserere mei Domine Iesu
Christe, & quare non? quando misertus es latronis
tecum crucifixi, & paulo post me redeunte emisit
spiritum. Aua autem mea que aderat dixit mihi, ita
fecisse, atq; ita dixisse fratrem At nunc facile suspi-
cor quid ei acciderit, nempe sensisse non prodesse ad

IN CAPVT TERTIVM.

occurrentum Christo omnia illa, quibus confidere docentur homines, & Dei gratia rediisse eo quo, peruenire oportet omnes saluandos, ut de se desperent, per solum Christum sperent salutem. Sed haec uiderit Deus, quis de talibus male speraret?

Magno quidem periculo sunt inter lupos oves, sed uel sic nouit Christus, qui uerus pastor est, suos liberare, quemadmodum Loth liberauit ex Sodomis, His uerbis non docemus adhærenāum lupis, sed potius cauedos ubi noscuntur, & gratias agendas Deo saluanti per Iesum Christum Dominum nostrum, qui dicit Ezech.34. Ecce ego ipse super pastores, & requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam, ut ultra non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos, & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in escam, quia haec dicit Dominus Deus, Ecce ego ipse requiram oves meas & uisitabo eas &c.

Sed ecce propono tibi exemplum quod contentnere non licet, ne sub Papa baptizatus queras rebaptizari Christus in terris agens, inuenit in Ecclesia sua(id est, in populo illo Dei, uel qui populus Dei esse debebat) populum pharisaicum, id est, traditionibus humanis & iusticijs adinuentionum humana-

Non rum seducentes & seductos. Damnauit grauiter pharisaicos, quod pre suis traditionibus, facerent contemterum nisi uerbum & mandatum Dei, quod tulissent clauen circū scientię, non ingredientes et alios intrare uolentes prohibe-

EPISTOLAE AD CORIN.

prohibentes. Ideo ipsi oderunt & persequebantur E= cisi, &
uangelium, adegeruntq; Christum in crucem, & Apo phari
stolos non serebant. seis et

De tali pharisaismo accusamus hodie papisticos sub
doctores siue prædicatores, & qui eis adh̄erent, & phari=

pro eis decertant, Nō accusabantur illi, quod non ha= saismo

berent scripturas, id est, Mosen & Prophetas, sed circūm

quod uel non intelligerent, quæ scire refrebat, uel cisi,

quod studio de prauarene scripturas & mandata Dei, Ergo

ad statuendum sua quasi diuina, ut uides Math. 15. Nec &c.

dissimiliter hodie Papiste accusantur.

Sed quando Christus ita damnauit in illis doctori- bus & populo, quæ erant pharisaica & doctrine de- moniorum, nunquid etiam damnauit circumcisio- nem, quam homines a phariseis acceperant, uel etiam acceperunt? Minime, nam hæc Dei erat, illa Satane.

At constat inter omnes, hoc Christianis esse baptis- mum, quod erat Iudeis circumcisio, & confirmatur ea sententia uerbo Dei, Nam sicut circumcisio erat pactum inter Deum & hominem Genesis. 17. Ita nunc baptismus pactum est inter Deum & hominem. Nam baptizamur in Christum Roma. 6. & baptismo Chri- stum induimus, Gal. 3. & ideo Petrus. 1. cap. 3. baptis- mum uocat stipulationem bone conscientiæ ad Deum.

Sicut itaq; Christus traditiones pharisaicas dame- nans, non damnauit circumcisionem Dei, ita & nos, que pharisaica sunt damnemus, non Christi baptismū.

IN CAPVT TETIVM.

Non iussit ille iterum circumcidere, non iubemus nos iterum baptizari. Nam quos Papistas vocamus ob traditiones Pape, si Pharisaeas traditiones, & superstitiones, & abusum sacre eucharistie deposuerint, illi reliquis sunt fratres nostri, & coheredes uitæ eternæ, mundantes se ab omni inquinamento carnis & spiritus, quemadmodum decet Ecclesiam sanctam, Christi sanguine redemptam.

Videant hæc Papistæ, & non damnent nos ut hereticos, qui nihil male sentimus de ullo uerbo Dei, damnent potius suos errores, quos uerbum Dei sustinere non potest, sed multi malunt esse satane per tradi-

Non sunt ita iudicemus, terum circumcisum, a nisi filij Dei per Euangelium Domini nostri Iesu Christi. Pereat error & seductio, exaltetur autem Dominus solus quam primum, Amen.

Verum dum de Iudeis & circumcisione mentionem facio, commode occurrit argumentum aliud minime contemnendum, contra Cypriani rebaptizationem. Non negat Cyprianus id esse nobis baptismum, quod olim Iudeis circumcisione, ut uides lib. 3. ep. 3^o nisi quod tunc, sub iugo legis Messias expectabatur a circumcisione, in quem nunc per gratiam Dei baptizamur. At negat idem Cyprianus baptismum, per hereticos acceptum, ualere, Neget ergo etiam ualere circumcisionem per Saduceos acceptam.

Hi enim tempore Christi erant in illo populo uerbi heretici, negantes prophetas præter Mosen, negantes spiritum

EPISTOLAE AD CORIN.

tes spiritus & angelos esse, negantes non minimum illum articulum fidei, mortuorum resurrectionem, Horum erat non contennendus numerus, non solum vulgi sed etiam sacerdotum. Horum si Christus condemnasset circumcisionem, quam multos inuenisses quos oportuisset iterum circumcidi.

Non condemnauit autem circumcisionem Dei, sed de errore eorum dixit. Erratis nescientes scripturas, neq; uirtutem Dei &c. Ergo neq; Cyprianus debet condemnare baptismum Christi, etiam per hereticos acceptum, sed solum eorum errorem, ne male persuadeat nobis suam rebaptizationem.

At ut ridiculum quiddam dicam, & forte non ridiculum, sed necessarium, Dic nubi quoanam prepuitum inueniret ad secundam circumcisionem, qui male persuasus quod prima circumcisio esset inefficax, uellet iterum circumcidi? nisi uellet uel in pede uel in alia parte corporis circumcidi, sed haec non esset circumcision a Deo instituta.

Sicut ergo circumcision non debet, neq; potest repeti, quam Deus instituit semel fieri, ita neq; baptisma secundum institutionem Christi acceptum repeti debet.

Iam uero post haec omnia, contra Cyprienum, & contra totum illud Africam consilium, oppono, etiam exemplum primitiva Ecclesie, ex Epistola prima ad Corinthios.

Paulus

IN CAPVT TERTIVM.

Paus Paulus Apostolus apud Corimthios, quod nemo nes-
lus nō gat, Euangelium Christi syncere prædicauerat, &
iussit Christo dignam Ecclesiam instituerat, secundum uer-
reba= bum Christi prædicentis Act. 17. Populus est mihi mul-
ptiza tus in hac ciuitate. Absente uero eo, per pseudapo-
ri, ab stolos & alios, insignibus spiritus sancti donis, que
hereti apud eos erant, abutentes, omnia feruebant contentio-
cis & onibus, opinionibus, scandalis, peruersa doctrina, ut in
schis- principio Ep. diximus, ut iam præ sapientia stulta istom
mati- rum, contemnebatur ipse Paulus uas electionis, quem
eis & admodum fieri solet. Hanc enim mercedem referunt,
in illo qui syncero uerbo curant hominum salutem, ut postea
errore gloriosuli sectarij eis præferantur ad hominum pere-
bapti- ditionem.

Zatos Nonne hic hereses erant & schismata, siue heres
Ergo tici & schismatici? Si uocabula hec illis competen-
&c. re dubitas, nihil dubitat Paulus ligonem ligonem di-
cere, id est, ipsam rem suo nomine appellare. Sic enim
ait 1. Cor. 11. Audio σχισματα in uobis esse, et aliqua
ex parte credo, oportet enim etiam αγεντε in
uobis esse &c. nisi non sint schismatici & uerissimi
heretici, qui docendo negant carnis resurrectionem,
ut uides illic cap. 15. ut taceam nunc de alijs conten-
tionibus Corinthiorum, Actum erat illic de Chris-
tianismo, nisi per Pauli ministerium citius essent ad
Christianam simplicitatem reuocati. Seducebantur
nomine Christi ab hereticis, & schismata faciebant
propter istos pseudapostolos & Satanæ ministros, in
angelos

EPISTOLAE AD CORIN.

angelos lucis se transfigurantes, quibus grauiter se
Paulus opponit, maxime in secunda ad Corinthios
Epistola.

Sed nunquid Paulus, quia condemnauit schismati-
cos & hereticos, id est, temeritatem & errorem eos-
rum, ut ad sanitatem eos adduceret, condemnauit si-
mul sacramenta per eos accepta? Nequaquam, Con-
tra Satanæ enim seductionem ei res erat, ut heretici
& schismatici apud Corinthios, esse tales desinerent,
& redirent ad eam simplicitatem in Christo, de qua
scribit ita in Ep. secunda. Despondi uos omnes uni-
uiro, uirginem castam exhibere Christo, Timeo etc.
Non autem erat sancto Christi Apostolo res, contra
ea quæ sunt Iesu Christi Domini nostri. Hæc ut debe-
bat sinebat integra, utcunq; per hereticos & schis-
maticos accepta. Hi enim multos Corinthiorum ba-
ptizauerant, & quisq; per seditionem de suo bapti-
zatore gloriabatur, dicentes, Ego sum Cephae, ego
Pauli, ego Apollo. Sub his enim sanctis nominibus,
parcit Paulus nominibus seductorum, de quibus po-
tius apud Corinthios gloriatum est, quemadmodum
se declarat ca. 4. dicens. Hæc autem fratres per figu-
rare transstulti in me ipsum et in Apollo propter uos, ut
in nobis disceretis, ne quis supra id quod scriptum est
de se sentiat, ut ne hic illius, ille huius nomine in flemi-
ni, alius aduersus alium.

Quod seducti erant emendare uoluit Paulus, non
quod in Christum, licet ab illis seductoribus, bapti-
zati

IN CAPVT TERTIVM.

zati erant, Fra us & error in alijs commissa erant,
non in baptisme. Quisq; enim qui baptizabatur, ba-
ptismo illo quem Ch. i, tis instituerat uoluit baptiza-
ri, ut Christianus esset. Esto male uoluerine baptiza-
tores, & ita abuti baptismo, ut obnoxios sibi facerent
baptizatos, tamē quando nomine Christi baptizabant,
ut ministri Christi, uerum Christi baptisma habent
qui baptizati sunt, Nam de his, id est, baptizatis so-
lum hic ago & pro his scribo, non pro hæreticis &
schismaticis.

Quod autem pro ministris Christi apud Corin-
thios habiti sunt, ostendit Paulus in secunda Epistola,
dicens. Ministri Christi sunt, & ego &c. & tamen
erant ministri Satanae transfigurati in angelos lucis
Corinthijs ad tempus hoc ignorantibus. Hi postea co-
gniti debebant cum suis seductionibus & hæresibus
uitari, non autem condemnari sermo ueritatis de
Christo, aut baptisma Christi per eos nomine Christi
acceptum.

Baptismo Iohannis baptizatos Paulus baptizat,
ut legis Act. 19. Hos autem Corinthios, licet per ha-
reticos & schismaticos, quos uocat inflatos, & alibi
ministros Satanae, baptizatos, non rebaptizat, nec
elamat ut Cyprianus cum suo concilio. Inefficax est
hoc baptisma, oportet aquam sanctificari a sancto sa-
cerdote, ut possit ablucere peccata, ut taceam reliquias
de oleo ineptias, unde uidere licet, quam Cypriani tē-
pore recessum sit a puritate doctrina Apostolica, ut
oportuerit

EPISTOLAE AD CORIN.

Opportuerit etiam sanctos Episcopos & doctissimos sic errare & ineptire, ut non mireris de nostris temporibus, sed contemnit potius Paulus hunc in baptismo personarum respectum, iudicans non meliori baptismo fuisse baptizatos, etiam si ipse baptizasset uel alius sanctus Apostolus, quando qui baptizabant pro ministris Christi habiti sunt, et qui baptizabantur in Christum, siue Christi baptismate, siue ut Christiani essent, baptizari uolebant. Sic enim ait. Vnusquisque uestrum dicit. Ego quidem sum Pauli, ego uero Apollo, ego uero Cephe, ego uero Christi. Num diuisus est Christus? Num Paulus crucifixus est pro uobis? aut in nomine Pauli baptizati fuistis? Gratias ago Deo, quod neminem uestrum baptizauerim, nisi Cippum & Gaium, ne quis dicat, quod in meo nomine baptizauerim. Baptizauit autem & Stephanus familiam, praeterea haud scio num quem alium baptizauerim, Non enim misit me Christus ut baptizarem, sed ut Evangelizarem &c. q.d. Non facite uobis sectas, ne propter baptismum quidem. In unum enim Christum, qui pro uobis crucifixus est, non aliis, baptizati estis, siue per me siue per alios.

Interim etiam uide ex his uerbis Pauli, quod nancit unum baptismum, de quo ait in Epistola ad Ephesios, ne mpe quo omnes nos in unum Christum baptizamur, ut Cyprianus, propter diuersitatem baptizantium, dicas diuersa esse baptismata, id quod in symbolo Niceno sanctissime sic dicitur. Confiteor unum baptisma

IN CAPVT TERTIVM.

ptisma in remissionem peccatorum.

Si itaq; rationes Cypriani aliquid ualerent, de buisset Paulus maxime adhortari ab hereticis & schismaticis baptizatos, ut rebaptizarentur, uel ut Cypriani sententia dicam, ut baptizarentur, quando illo baptismo nihil actuū esset, Et certe seductor Corinthiorum, non Apostolus uerus fuisset, si reliqua & quedam minorā corrigens, non curasset ut uero Christi baptismate baptizarentur.

Quis hic non iudicauerit, non Cypriano, sed Paulo adh̄erendum? Hic enim est uas electionis, portans nomen Christi coram gentibus & regibus & filiis Israel, Apostolus, prædicator & doctor gentium. Oppone hic Cypriani doctrinam, eloquentiam, sanctitudinem, martyrium, nihil efficies, Quod sanctum in uiro fuit eternum est, error perire debet.

Eucha Similiter dico de eucharistia. Nunquid Paulus simile
rīstia. liter Cypriano, quia ubi ad Euangelium & cœnam dominicam conueciebant, dissidia & sekte siue schismata & hereses erant inter eos, & horum malorum autores erant corum præpositi & doctores, & tales habiti pre quibus contemneretur ipse Paulus. Numa quid inquam propterea illic negauit uerum corpus Christi, & uerum sanguinem eius sumi, secundum institutionem Christi? certe non.

Seductores damnauit, seductos admonuit ne heresi adh̄ererent, ne pauperes in illo coniuio contemnerent, ne ad condemnationem cōuenirent, ne iudicium sibi

EPISTOLAE AD CORIN.

sibi ederent & biberent, non dijudicantes corpus Domini, id est, ut ipse dicit, ne edentes indigne panem hunc, de quo Christus pronunciauit, Hic panis est corpus meum, & bibentes indigne poculum Domini, de quo ipse Dominus pronunciauit, Hoc poculum est sanguis meus, rei fierent non panis & uini, ut nunc quidam insaniunt, sed corporis & sanguinis Domini. Abusum sacramenti damnauit, ueritatem autem siue substantiam sacramenti, que propter institutionem Christi illic est, propter hereses & schismata non abstulit, alioqui quare admonuisset, ne in ipsam sacramentum ueritatem peccarent? Non enim homines uel boni, uel mali, uel haeretici, uel orthodoxi consecrant & sanctificant nobis hoc sacramentum, ut sit corpus & sanguis Domini, sed institutio Christi, qua hoc sacramentum instituit, hic dat nobis omnia, si uerum esse credimus uerbum eius.

Valde mirandum, quod Cyprianus hoc Pauli exemplum non uidit, & multo magis mirandum, quod in toto illo concilio, ne unus quidem fuerit, qui hoc admonere potuisset. Si in sanctorum & doctissimum concilio ita erratum est, cui queso concilio fidei licebit, in ijs quæ salutis sunt eternæ, nisi certo Dei uerbo sententia confirmetur?

Ergo necesse erat, hunc errorem ab alijs Christi Ecclesijs, non recipi, & tandem etiam perire in illis Ecclesijs, in quibus erat, licet per sanctos, repertos, siquidem & haec Ecclesiæ Christi erant, ut illæ quæ in

T hoc

IN CAPVT TERTIVM.

hoc non errabant, secundum illud Phil. 3. Si quid alia ter sentitis, hoc quoq; Deus uobis reuelabit.

Interim, per Dei misericordiam sanctis error non est imputatus, propter fidem in Dominum nostrum Iesum Christum, pro qua cupiebant mori, & multi tunc moriebantur. Nemo autem propter rebaptizationem moriebatur. Vbi uero reuelatur error, per uerbum Dei, electi amplectuntur ueritatem, impii uero, ut sit, qui fidem sanctorum imitari non possunt, suos errores quasi imitatione sanctorum & autoritate defendunt.

Id quod accidit etiam in hac causa impijs Donatistis, rebaptizatoribus, qui ubi urgebantur, obijcabant autoritatem sancti martyris Cypriani, & concilij illius Africani, quando tamen iamdudum erat in Africa, Cypriani & illius concilij rebaptizatio absolta. Contra quos Augustinus Episcopus, non potuit quidem, nec uoluit defendere beati Cypriani errorrem, sed his uerbis respondet, ut legis in libro de unicō baptismo.

Augu- Nam, inquit, illud quoā adiungit Petilianus Do-
st nus, natistarum Episcopus, de Episcopo Carthaginensi
rebap Agrippino, de inclito martyre Cypriano, de sepa-
tiza- tuaginta præcessoribus Cypriani, quod hoc fecerunt
tionē & fieri præceperunt, O quam detestandus est error
Cypri hominum, qui clarorum uirorum quedam non recte-
ani dā facta, laudabiliter se imitari putant, a quorum uirtus
nat. tibus alieni sunt. Sic enim & nonnulli Petro Apo-
stolo

EPISTOLAE AD CORIN.

stolo comparari se uolunt, si Christum negauerint, si
uero etiam gentes Iudaizare coegerint, uocitari ger-
mani eius affectant, apostolica gratia ut continuo
declarentur, cum nec ei non dico præferri, sed sal-
tem possit æquari, aut de proximo comparari, quis
quis nostrorum temporum Christianus, aut etiam E=
piscopus, qui nec Christum negauerit, nec gentes Iua-
daizare compulerit. Sic etiam in martyre glorio-
sissimo Cypriano, si apud hæreticos uel schismaticos
datum Christi baptismum nolebat agnoscere, dum
eos nimium detestaretur, quos a catholica unitate,
quam multum dilexit, separatos dolebat, tanta eius
merita usq; ad triumphum martyrij consecuta sunt,
ut ex charitatis qua excellebat luce, illa obumbratio
fugaretur, ex ut sarmenatum fructuosum fieri fructu-
osius, si quid habebat purgandum, si nulla re alia
certe passionis falce ultima, tolleretur, Nec nos qui
baptismi ueritatem, etiam in hæreticorum iniquita-
te, agnoscimus potius quam negamus, ideo meliores
Cypriano simus, sicut nec Petro, quia gentes Iudaizare non cogimus. Ego ut quod de hac re sentio,
breuiter dicam, rebaptizare hæreticos, quod illi se-
cisse dicuntur, tunc fuit humani erroris, rebaptizare
autem catholicos, quod adhuc isti faciunt, semper est
diabolice præsumptionis. Hactenus Augustinus, Epilos
Quando igitur a Christo non est damnata circum ges-
tio, neq; phariseorum, qui humanis traditionibus se-
ducebant populam, neq; Saducæorum qui certissi-

IN CAPVT TERTIVM.

me erant heretici, & nunc baptisimi pactum est,
quod tunc erat populo Dei circumcisionis pactum,
quando Paulus non damnat bapti mum illorum Co-
rinthiorum, qui ab hereticis & schismaticis erant
baptizati, atq; adeo in heresi & schismate, nec re-
quirit sanctificationem aquæ per ministrum sanctum,
ut iterum repetam illas ineptias, multo minus illam
olei sanctificationem tunc ignoratam, Immo quando
ipsum baptismum quod Christus instituit non hominis
ministri est, sed Christi & totius sancte trinitatis, ideo
non in hominem, sed in Christum vult baptizari, qui
baptizatur, utcunq; incidat in ministrum malum uel
etiam hereticum, propter quem, licet condemnatum,
non debet condemnari baptismum acceptum, quod
Christi est & a Christo acceptum, Quando inquam
haec ita habent, Non debet Cyprianus cum toto illo
Africano concilio suis de tortis & male intellectis scri-
pturis, & ineptis argumentis, atq; rationibus, nobis
obtrudere suam rebaptizationem, que iuste, secundū
uerbum Dci, & fidei Christianæ rationem, non suscep-
ta, sed damnata est ab alijs Christi Ecclesiis, & po-
ualeat stet etiam perire in illis Christi Ecclesiis, in quibus per
auctori errorem fuerat suscepta.

Nulla
eras cō-
era ue
ritatē
Scri-
pture
sancto

Non ergo hodie clament columnas Ecclesie elo-
quentissimos, doctissimos, sanctissimos, & præterea
martyrio Christi insignes. Nam & nos honoramus
quos Christus honorauit, neq; derogamus sanctorum
titulis & officijs & donis, sed his nominibus non de-
bent

EPISTOLAE AD CORIN.

bent nobis commendate sanctorum errores, Nullius doctrinam suscipere debeo, etiam si sit doctissimus, eloquentissimus & sanctus martyr, nisi eandem doctrinam uideam consentire cum uerbo Dei. Si ouis Christi sum, debeo uocem pastoris mei Christi sequi. Si autem aliquis uoci Christi addit sua commenta, et tam crassos & pudendos errores, quemadmodum audisti de Cypriano, noli me premere humana autoritate, & sanctitate, non audiam, nisi uelim seduci, Omnia prospabo, quod bonum est tenebo.

Non accedam sententiæ Cypriani, qui a sanctus est, quia eloquens est, quia martyr est, ut nunc solet his argumentis urgere nos in pietas, sed potius territus timet mebo, ne ulli accedam sententiæ quorumuis quantumcumq; doctorum & sanctorum, nisi uideam eandem esse manifestum Dei uerbum, quando tam insigniter doctus & sanctus, tam insigniter cùm tam multis suis Episcopis & sanctis & doctis errare potuit, contra Dei uerbum, contra rationem fiduci, contra Christi sacramenta, contra alias Christi Ecclesias, & Episcopos, non minus & sanctos, et uel in Christo eruditos.

Christum amabat & in Christum credebat sanctus doctor & martyr, habebat fundamentum Christum, cuius merito saluatus est & putabat per errorem ea que hactenus tradicauimus, conuenire huic fundamento, id est, esse Christiana & ex sacris literis, Ideo ædificauit ista super fundatum Christum, sed

T 3 quia

IN CAPVT TERTIVM

quia fundamento quod est ueritas, falsitatem portare non potuit, necesse fuit tandem admoto igni & die, fœnum, stipulam & ligna perire. Omnis enim inquit plantatio, quam non plantauit pater meus erat dicabitur, & Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos, uerbum autem Domini, quod est aurum, argentum & lapides preciosi, manet in æternum.

Habeant itaq; sole sacra literæ, illibatam apud Christianos autoritatem, id quod postularunt omnes sancti doctores, quamquam hoc hodie impij, qui sanctorum autoritate cupiunt abuti, uolentes ignorantia. Non est mihi præceptum, ut audiam Cyprianum, nisi loquatur uerbum Dei, sed potius Cypriano & omnibus usq; ad finem mundi Ecclesiæ doctoribus & pastoribus, præceptum est hoc, quod hic Paulus dicit. Fundamentum quidem positum est, sed uideat unusquisq; quomodo superaedificet &c. Magno periculo agis, nisi consistas in certo uerbo Dei, Pereat ergo autoritas, cui uerbum Dei non astipulatur. Ministri enim Christi sumus, & dispensatores non nostrorum somniorum, sed mysteriorum Dei.

Ex his omnibus, si non uidisti errorem sancti martyris, & totius illius concilij, rebaptizationem defensantis, quid est queso tam lucidum & patens, quod tua cecitate uideres?

Iam uero post damnatam hanc Cypriani & illius concilij rebaptizationem, uide quid audeat scribere Hiero

EPISTOLAE AD CORIN.

Hieronymus de sacra eucharistia. Is in Sophonie Hiero
tertium caput scribens sic ait. Sacerdotes qui eucha= n) mus
risti et seruiunt, & sanguinem Domini populis eius di= uidunt, impie agunt in legem Christi, putantes eucha= ristian imprecantis facere uerba non uitam, & nece= sariam esse tantum solennem orationem, & non sacer dotum merita, de quibus dicitur. Et sacerdos in quo fuerit macula, non accedet offerre oblationes Domino. Nullus Hæc ille.

neque

Quid dicam? quantam hic video incogitantiam factus tanti uiri? Credo recantaturum hæc fuisse, si quis ad neque monuisset quo periculo hæc dicantur, quod si noluisse non san set, tu scilicet cum sanctum dices? Nam hæc uer=ctus fa ba, non solum error sunt, sed etiam impietas, si quis ad cit non monitus & intelligens ea defendere perrexerit.

bis eu-

Dispeream, nisi multo tolerabilius sit error sancti chari martyris Cypriani, & illorum Episcoporum, qui cum stiam, eo senserunt, qui odio peruersæ doctrine negabant sed so apud hereticos esse sacramentorum Christi uerita= la im tem, Interim tamen apud catholicos, quos uocabant, stitu= certo esse statuebant Christi sacramenta, siue boni es= tio Ch sent ut Petrus, siue mali ut Iudas. Itaq; tunc si dubi= risti. tasses alicubi, propter heresim & schismata, inueni= ri uera Christi sacramenta, tamen ex hac doctrina certus fuisses, ea apud catholicos inueniri.

Dispeream quoq; nisi tolerabilius sit, Papisticas sequi unctiones & rasuras & characteres, sine qua bus non permittunt legitimam esse eucharistie, ut

IN CAPVT TERTIVM.

uocant, confessionem, Nam secundum eorum doctrinam, si non licet inuenire uerum sacramentum corporis et sanguinis Domini apud rasos et unctiones, tamen licebit inuenire apud rasos et unctiones, hoc est, licebit uel alicubi inuenire, Non dicam interim, quam impium sit humanis inuentis tribuere efficaciam et ueritatem sacramentorum, que non ex rasuris et consecrationibus humanis sunt, id quod sunt, sed ex Christi institutione, id quod supra dixi, et plenius dixi in nouissima mea confessione contra sacramentarios.

At uero si Hyeronymi hanc sententiam secutus fueris, nusquam habebis certo eucharistiae ueritatem, sed egregie dubitabis ubiq; Nihil enim aliud efficit his uerbis, tanto supercilium et autoritate sua, non Dei, prolati, quam ut sacramentum eucharistiae ab Ecclesia Dei auferat. Siquidem ubiq; dubitare, num ibi sit uera eucharistia, nihil aliud est quam ueram eucharistiam nusquam habere. Non enim doctrinam aut heresim accusat hic Hieronymus, ut Cyprianus, sed uitam et merita sacerdotis requirit, ut uera fiat eucharistia.

Quid hodie accusamus sacramentarios, dicentes, An quilibet nebulo, scortator, adulter, auarus &c. faciet uobis corpus Christi? Contra quos clamamus, Non angelus, non sanctissimus etiam aliquis minister Ecclesiae, faciet nobis Christi corpus, sed Christus ipse sua institutione, tantum abest, ut criminosi sibi hoc apud nos arrogent, Sic inquam clamamus contra eos, sed

EPISTOLAE AD CORIN.

Sed frustra clamabimus, si nos oporteat premi autoritate sancti Hieronymi, & non potius innitendum senserimus institutioni Christi.

Vide uero que dico. Impie inquit agunt in legem Christi, putantes eucharistiam imprecantis facere uerba non uitam, & necessariam esse tantum solennem orationem & non sacerdotum merita, Quid dicit? Quando queso Christus statuit aliquam legem, de uita & meritis humanis, ad conficiendam eucharistiam, ut dicat Hieronymus, impie agere qui sic putant.

An impie etiam egit Christus, qui permisit atq; adeo mandauit Iude proditori uerum Euangeliu[m] uecum baptismum, uera miracula, breuiter uerum Apostolatum, que per eum non minus efficacia fuerunt in credentibus, quam per alios optimos Apostolos & discipulos? Que merita requiris queso, ubi omnia non ex nobis, sed solum mandatum ministerium excipias, sed ex incommutabili & efficacissimo Christi pendent uerbo?

Quod si Hieronymus, per imprecantis uerba et per solennem orationem, non intelligit uerba sacre institutionis Christi, que uerba consecrationis uocant, sed alias ministri orationes, mirum quam non sane dicat, nam fides Christiana, neq; orationibus ministri, neq; uitae aut meritis tribuere potest, quod in sacramento uerum Christi corpus & sanguis nobis distribuitur.

Si uero per imprecantis uerba & solennem ora-

T S tionem,

IN CAPVT TERTIVM.

tionem, intelligit etiam uerba institutionis Christi, immo-
pium fuerit his solis non tribuere eucharistie, ut uoca-
mus, confectionem.

Egregium uero, quod docet de uita & meritis
sacerdotis, Hoc scilicet est erudire conscientias, de om-
nibus egregie incertas reddere? Ego si hic Hierony-
mum audio, ut ueritatem inueniam eucharistie, spe-
cabo primum uitam ministri, si non criminе uacat non
erit ibi eucharistia, aut ut eius uerbis loquar, non fac-
iet eucharistiam, si uero uita in omnibus bene respon-
deat iudicio humano, tamen deinde incipiam dubitat-
re de sacerdotis meritis. Nam & ille iudicio humano
per omnia inculpatus erat, qui dixit, Gratias tibi ago
quia non sum sicut cæteri hominum, iniusti, raptore,
adulteri, diciuno bis in sabato, decimas do omnium
que possideo &c. & tamen que merita habebat? ut
interim non dicam Christianos, solum agnoscere mea-
ritum Christi.

Quid si in talem incidero? Respondent Hierony-
mi uerba, non faciet eucharistiam, quia merita non ha-
bet, Hic incipiam dubitare etiam de sanctissimis mi-
nistris ubi tandem inueniam eucharistie ueritatem?
Certe Hieronymus non est sacramentarius, sed hac ra-
tione, uiolenter aufert sacramentum ab ijs, qui ei cre-
diderint.

Quanto rectius senserunt alij sancti uiri, e quia-
bus duorum uerba referam.

Augustinus contra literas Petilianis lib. 3. cap. 2.
sicut dicit.

EPISTOLAE AD CORIN.

Sic ait. Cum hoc datur quod Dei est sanctum, dat etiam non sancta conscientia, que certe siue sit sancta, siue non sancta, ab accipiente inspici non potest, sed plane illud quod datur potest, quod cognitum ei, qui semper est sanctus, per quemlibet ministerium accipitur, securissime accipitur, nisi enim sancta uerba esent ex cathedra Mosis, non diceret ueritas, Que dicunt facite, Si autem ipsi, qui uera sancta dabant, sancti essent, non diceret. Que faciunt facere nolite, dicunt enim & non faciunt. Nullo quippe modo legitur uua de spinis, quia nunquam de spinarum radicibus oritur, sed cum se spinosis sepibus palmes uitis implicuit, non ideo fructus, qui illic pendet horretur, sed spina cauetur, uua decerpitur.

Et cap. 55. & 56. de Iuda proditore dicit, baptizante, & quod maius est, Euangelizante, sine incommodo recipientium baptismum & uerbum Dei, immo cum salute. Salui enim siebant, ut qui ab alijs Apostolis baptizati erant & audierant &c.

Et in Psalmum decimum scribens ait. Christus cum dem traditorem suum, quem diabolum nominauit, qui ante traditionem Domini, nec loculis dominicis fidem potuit exhibere, cum ceteris discipulis ad prædicandum misit regnum coelorum, ut demonstraret dona Dei peruenire ad eos, qui cum fide accipiunt, etiam si talis sit per quem accipiunt, qualis Iudas fuit.

Et rursus. Nam etiam si, inquit, dantis & accipientis

IN CAEV T TERTIVM.

plentis est meritum, sit dantis Dei & accipientis conscientia mea. Hęc enim duo non mihi incerta sunt, bonitas illius & fides mea. Quid te interponis, de quo certum scire nihil possum? Sine me dicere. In Domina no confido &c.

Et Chrysostomus homi. lib. in Matthei cap. 14. sic ait. Credite omnes, quod etiam nunc illa cena celebratur, in qua Christus ipse recumbebat. Nihil quippe interest inter illam & hanc, non enim hec ab homine, illa ab ipso conficitur. Quando igitur sacerdotem corpus Christi tibi prebere uideris, noli sacerdotis, sed Christi manum ad te porrigi arbitrari &c.

Et homi. 2. In secundam ad Timo cap. 1. ubi dixerat de baptismo, hoc addit. Volo quidem adiucere plane mirabile, & nolite mirari neq; turbemini, Quid uero istud est? Sacra ipsa oblatio, siue illam Petrus, siue illam Paulus, siue cuiusuis meriti sacerdos offerat, eadem est, quam dedit Christus discipulis suis, quamq; sacerdotes modo conficiunt. Nihil habet ista quam illa minus. Cur id? quia non hanc sanctificant homines, sed Christus, qui illam ante sanctificauerat. Quemadmodum enim uerba, que locutus est Christus, eadem sunt que sacerdotes nunc quoq; pronunciant, ita & eadem oblatio est, eadem que baptismi ratio est, adeo omnia in fide consistunt. Cornelium spiritus repente impleuit, quia spiritus ipse alacritatem uoluntatis ostenderat, fidemq; plenissime deuotionis obtulerat. Et hoc igitur Christi corpus

EPISTOLAE AD CORIN.

corpus, & illud est. Qui autem hoc illo minus aliquid habere putat, ignorat Christum esse, qui nunc adest atq; operatur.

Ne itaq; clames perpetuo, patres, patres, aut die cas isti heretici noui non uolunt audire patres, audis sanctos patres sanctissime scribere, contra sententiam sancti patris Hieronymi, a ueritate Christi longe alienam.

Et ut mireris, hæc sententia etiam condemnata est, lib. 4. sententiarum dist. 13. & in decretis canonis. 1. q. 1. Intra catholicam, & cap. Multi secularium &c. Si suscipiendum est quasi uerbum Dei, quicquid ueteres illi Theologi post Apostolos dixerunt, cur ista sententia Hieronymi iam ante condemnata est?

Igitur ut ad omnes alios doctores post Apostolos, ita & ad Hieronymum pertinet quod hic dicit Paulus. Vnusquisq; uideat quomodo superædificet. Nam nea cesse est tandem ligna, fænum & stipulam admoto die & igne perire, Verbum autem Domini manet in eternum.

Quid dicam fere de omnibus, qui ex sacerdotio illo ueteri leuitico, ad quod nascebantur homines secundum legem Dei, iam per Christum æternum sacerdotem abrogato, confirmarunt nobis aliud sacerdotium coram mundo gloriosum, nihil somniantes dotium nisi uestes Aaron & unctionem illam sacram, & oblationes cereales altari allatas, mirum unde nostri habeant suam monrasuram, le.

IN CAPUT TERTIVM.

rasuram, donec nunc principes mundi & satrapæ sūt
Eti sunt, qui ministri Christi & dispensatores mysteri
orum Dei, ut infra dicemus, esse deberent.

Excu= Perdat me Christus, si h̄ec omnia in iniuriam uer
satio. terum Theologorum dixerim, a quorum sententia cen
seo non esse recedendum, nisi propter manifestum uer
bum Dei, legenda sunt eorum scripta cum propter
historiam, tum ut bene dicta ab eis accipiamus, qui
suo tempore fideles ministri uerbi Dei habiti sunt, ma
xime uero ne noui semper emergentes heretici persuau
deant rudibus, quod ueteres cū ipsis senserint, quemad
modum hodie frustra conati sunt sacramentis perde
isti & Catabaptiste, Nec minus Papistæ clamant pa
tres, patres, quando laicis calicem Domini prohibente
imp̄ijssime, quando tamen ista impicas omnibus uete
ribus doctoribus incognita fuit.

Hoc solum ago, Ut habeant ueteres suam autoria
tatem, tamen autoritatem contra manifestum Dei uer
bum non habeant, neq; hoc sancti viri postularunt,
quod nunc impietas, odio Euangelij, nomine eorum,
postulat, Non enim sibi contra Dei uerbum credi uo
luerunt, id quod s̄epe ingenue fatetur Augustinus ma
nifestis uerbis. Et omnes alij doctores, dum sua probant
ex biblijs siue ex uerbo Dei, quid aliud uolunt in om
nibus suis libris, quam ut credatur non uerbo humano,
sed Dei?

Hic itaq; omnia probanda sunt, ut quod bonum
est teneamus, Percant ligna, scenum, stipula, quo
edificatae

IN CAPVT TERTIVM.

edificata sunt quidem a bonis doctoribus super Christum, sed hoc fundamentum ea tandem sustinere non potest, ut maneant aurum, argentum, lapides preciosi, id est ea, que secundum uerbum Dei, cum iusticia Dei, que Christus est, consentiunt.

Sed haec hactenus, ut ostenderem quod promisi, & primitiva Ecclesia usque ad hoc tempus, multa mala et errores accidisse Ecclesie, propter hoc unum preceptum, uel admonitionem Pauli a doctoribus & predicatoribus negligit. Unusquisq; uideat quomodo si peradficet. Nunc uero tempus est, ut interpretando ad reliqua Pauli uerba pergamus.

FUNDAMENTVM inquit aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est mentum Christi Iesu. Non potest alia fiducia doceri, que Christus confitatur coram Deo, quam illa sola, que est in Christum, Iesum, que posita est, id est, docta per Paulum, non a qui dicit. Ut sapiens architectus fundamentum posui. Aliud uero uideant alij doctores siue predicatores, post Apostolicam istam doctrinam, quomodo super hoc fundamentum & petram solidissimam, id est, Christum, siue fiduciam in Christum, edificant, id est, doceant, ut scilicet que docent conueniant huic fundamento, ut queri admodum infra cap. 4. dicitur, fideles ministri & dispensatores inueniantur mysteriorum Dei, non humanorum somniorum, maxime ne doccant, per quae homines incipiente aliam fiduciam habere, quam in solum Christum, & non fidere solle Christo.

IN CAPVT TERTIVM.

Christo, ne quamvis doceant fiduciam in Christum, non tamen doceant omnino sincere istam fiduciam; sed urgeant ea, que non sunt eis mandata, unde fit, ut talibus postea fidant homines, ut necessarijs ad salutē, id quod derogat fundamento, id est, fiduciæ in Christū.

In fiducia Christi procedere debent nostra doctrina, mores, actiones, passiones, uita, mors, Alioqui quicquid non est ex fide, peccatum est. Sic et Petrus ad monit doctores uerbi et ministros quoscunq; Christi. 1. Pet. 4. Ut quisq; accepit donum, ita aliis in alium illud ministrare, ut boni dispensatores uarie gratiae Dei, Si quis loquitur, loquatur ut eloquia Dei, si quis ministrat, ministret tanquam ex uirtute, quam suppeditat Deus, ut in omnibus glorificetur Deus, per Iesum Christum, cui est gloria et imperium in secula seculorum, Amen. Et Paulus Rom. 12. uult ut prophetia nostra, id est, doctrina et prædicatio nostra sit iuxta portionem fidei, id est, sit talis, ut consentiat fidei siue fundamento Christi.

Quod si quis doctor superstruit doctrinam sua, super fundamentū tum Christum, purum et sincerum uerbū dei siue meram doctrinam Euāgelicam, id quod Paulus uocat aurū, argentum, lapides preciosos cuiusq; opus manifestū fiet. Aurum, quando eadē fides in Christum, quam semel suscipimus, per doctorem siue predicatorē ita urgetur et assidue docetur, ut ex eius doctrina crescamus ex fide in fidem, pergamus a gloria Domini

EPISTOLAE AD CORIN.

mini in gloriam, tanquam per Domini spiritum, ut non solum accedentes ad Christum credamus, quemadmodum quidam non intelligentes rationem & uitatem fidei, dicunt, si fides praedicanda est, non nostris, quia omnes sumus Christiani, praedicanda est, sed Turcis & illis, qui nomen Christi non audierunt, nostris autem tantum bona opera praedicanda sunt, Verum discamus iugiter ex uerbo, & predicatione fidei, siue ex promissionibus Dei, & exhortatione sancta, & per omnem uitam in omni necessitate mentis & corporis, in omni temptatione & persecutione, etiam quando nonnunquam nos premit peccatum, terret iudicium Dei, instat Satan, urget mors, & derelicti a Deo uidemur, assuescamus abnegare (ut Christus dicit) nosmetipso, & tollere crucem nostram, & tunc maxime credere, maxime confidere Deo per Iesum Christum, quod amet nos, quod seruaturus sit, quod mala ista cedent nobis in bonum & salutem per eum, maxime in quam tunc, quando uidentur omnia desperata, tunc enim locus est exercendae fidei & sperandi de misericordia Dei. Ad que tunc opera bona siue facta siue facienda confugeres, in his angustijs & necessitatibus que accidentur per omnem uitam? Certe fides uera nouit invocare patrem in nomine Iesu, ideo ad invocationem assidue confugit, quia sentit se assidue impugnari, secundum illud. Turris fortissima nomen Domini, ad eam currit iustus & saluabitur.

IN CAPVT TERTIVM

Sic itaq; docere perpetuo, ut serues homines Christo, per omnem uitam & temptationem usq; in finem, est sine dubio aurum optimum, & caput doctrinae Christianae, quae doctrina ubi periret, nihil praeter frigidas ceremonias nobis relictum est, quarum quedam per se sunt impie, multæ uero, que per se possent liberæ seruari, & quedam etiam uiles esse, tamen omnes impie redundunt hac adiectione, quod necessarie docentur, & homines talibus fidere discunt seruatis, diffidere non seruatis, quia haec & alia pro fide in Christum suscepimus ad remissionem peccatorum & uitam eternam parandam, quod non est ædificium possum super fundamentum Christum, licet per errorem ad tempus ponni uideatur, ut nunc gemere liceat & dicere cum Ieremia. Quomodo obscuratum est aurum mutatus est color optimus, dispersi sunt lapidis sanctuarij in capite omnium platarum? Filii Sion incliti & amicti auro primo siue optimo, quomodo reputati sunt in uasa teste, opus manuum figuli?

Argentum. Argentum uero super edificat doctor Christianus, super fundamentum Christum, quando scripturas Propheticas & Apostolicas, siue libros sacros interpretabitur, & genuinum sensum scripturarum proponit, quemadmodum in Psal. dicitur. Eloquia Domini eloqua purgatum septies. Tu Domine seruabis ea.

Hic uideat doctor, ne ex argento, id est, scriptura spiritus sancti, faciat scoriacum siue argenti spumam,

qua

EPISTOLAE AD CORIN.

que speciem quidem habet argenti, sed uerum argen-
tum non est, ne dicatur ei illud Esaiæ.1. Argentum
tuum uersum est in scoriam, & caupones tui miscent
& quam uino, Fit autem hoc, quando ex uerbo Dei ma-
le intellecto, deprauato & detorto, confirmamus tra-
ditiones humanas, nostras opinones, & cogitationes,
& alia que uere uerbum Dei non habet, ut ita, quam-
uis manentibus uerbis, tamen non maneat uerbum dei,
nisi secundum speciem.

Vt quando Episcopus Romanus statuitur esse ca-
put externum uniuersalis Ecclesiæ, ex illo uerbo Chri-
sti. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,
cum tamen ibi non dictum est. Super hunc petrum,
licet etiam sic non esset certum, quod solus Papa esset
Petrus, sed dictum est, Super hanc petram, quæ est,
Tu es Christus filius Dei nui. Riserunt iam dudum
nos Græci, & merito, propter istam interpretatio-
nem, maxime quando, qui fuerunt audacieores ex nos-
bis, audebant pronunciare, neminem posse saluari,
nisi esset sub obedientia Romani pontificis.

Item, quando purgatorium illud exutarum anima-
rum, confirmatur ex Pauli uerbo. Ipse saluus fiet, sed
sic tanquam per ignem.

Item, quando sacerdotium illud nostrum ociosum,
& quod scriptura noui testamenti ignorat, confirma-
tur ex uestibus, unctione, consecratione ueteris & Le-
uitici illius sacerdotij iam aboliti & reiecti.

Item, quando ex paupertate spiritus, quam Chri-

IN CAPVT TERTIVM.

Ius omnibus Christianis commendat, confirmatur
prohibita robustorum monachorum mendicitas, &
aliorum falso iurata paupertas, & ex obedientia
quam Deo & eius precepto debemus, confirmatur
obedientia quam Dei uerbum non agnoscit, atq; adeo
reprobat, nimurum quia iuramus & uouemus nos obe-
dientes fore prelato (ut uocant) secundum regulas
& traditiones humanas, quas damnatas legis Matth.
15. & Esaie. 29.

Item, quando cogimus homines ieunare quadraginta
gesimam illum, ex illi historiā ieunij Christi, quasi
ad Christi imitationem, cum tamen hoc nusquam pre-
ceptum sit, & ne fieri quidem possit, quia Christus
ieunauit quadraginta diebus & quadraginta nocti-
bus nihil edens & bibens, & illud quod fictionem
iuris in isto nostro ieunio quadragesimali quidam uo-
cauerunt, si a pueris defenditur ludus est, si a uiris
insania.

Neq; unquam grauius damnum accidit Ecclesiæ,
quam quod sine uerbo Dei, ex imitatione sanctorum,
etiam Christi, fecimus regulas, leges, statuta & tra-
ditiones, quibus postea homines discunt & assuescunt
fidere, in iniuriam misericordiae Dei & abnega-
tionem uirtutis & efficacie sanguinis Domini nostri
Iesu Christi.

Hec autem scoria que se pro argento uenditat,
quid aliud est quam in grauioribus lignum, in leuio-
ribus fœnum & stipula?

De illis

EPISTOLAE AD CORIN.

De illis nunc loquimur, qui licet pijs, tamen hæc ipsa & similia per errorem docuerunt & suscep- runt, credentes ea fundamento Christo conuenire, & argentum suspicati iudicio interim defecerunt, Multa tolerat Dei longanimitas, quæ etiam non imputat san-ctis propter fundamentum Christum.

Non autem loquimur de impijs nebulonibus, qui nunc non per errorem, sed per maliciam propter sua lucra & ambitionem, hæc erronea ab alijs accep- ta, contra manifestam iam scripturam, & contra suam conscientiam defendunt, & ueritatem agnitam im- pugnant, ne alijs ad ueritatis lucem emergere possint, Nam tales ne errore quidem, quemadmodum quibus- dam sanctis contigit, cupiunt ædificare super funda- mentum Christum, nam hoc in omni eorum doctrina non deprehendes. Itaq; ad hunc locum non pertinent, sed de eis infra aliud audies iudicium. Si quis tem- plum Dei prophanauerit &c.

Porro argentum, id est, scriptura sacra, quando ædificatur, id est, docetur, debet ædificari super fun- damentum Christum, id est, ita tractari, ut in solum Christum respiiat, quemadmodum Roma. 12. docet Paulus, prophetiam oportere esse analogam fidei, & ad Roma. 3. dicit. Iusticiam Dei, quæ est per fi- dem in Christum, habere testimonium ex lege & pro-phetis. In Mose & prophetis promittitur Christus, In scripturis Apostolicis exhibetur, Lex fuit pedago- gus in Christum, Euangelium nobis adfert Christum,

IN CAPVT. III.

Historie testantur quemadmodum uel creditum uel non creditum est diuinis de Christo promissionibus.

Ideoq; qui ex sacris literis, nihil aliud quam moralia & non Christum, quesierunt, nihil mirum, si & dixerint & senserint, eadem in Aristotelis ethicas, & Ciceronis officijs, & Senecæ scriptis contineari, & multo utilius legi, atque ita ab hac sententia deficere non potuerunt, que dicit, Ex eo nos fieri iustos, si facimus iusta, Quasi uero is iusta facere posset, qui nondum ipse iustus fit, arbor non bona producere fructus bonos, Inde factum, ut sine iustificatore Christo de iusticia præsumamus, Dicentes enim se sapientes stulti facti sunt, & uani effecti sunt per cogitationes & consilia sua &c.

Lapic
des
preci
osi.

Lapides autem preciosos ædificat doctor Christianus, super fundamentum Christum, quando exhortatur Apostolico more, ut qui fide Christum suscepient, eam fidem & Euangelijs doctrinam, ornent sanctis moribus, & Christianis operibus, ad gloriam Dei patris, ne blasphemetur ab impijs bonum nostrum, id est, Christi Euangeliū, ut bonis exemplis luceant coram hominibus, ne cui uel infirmiori fratri sint scandalo, ut sua corpora et spiritus sancti templa consecrent Deo, nulli obsint, omnibus prosint, pacem cum omnibus habeant, etiam cum inimicis si fieri possit, quantum in nobis est, id est, quantum Euangelij ratio permittit, Patientiane

EPISTOLAE AD CORIN.

tientiam uero summe ament, & non se uel uerbo uis
dicent, atq; inter alios quoque pacis & reconcilia-
tionis sint autores.

Docet autem doctor siue predicator Christia-
nam uitam, & conuersationem inter homines, ita
commode & Christiane, si quemque admoneat pre-
stare ex animo, & bona conscientia coram Deo,
suum officium, id est, ut quisque candide seruat
in sua uocatione, siue conditione, quemadmodum
Petrus & Paulus admonent in suis scriptis, ut magi-
stratus bene praesit, subditi ex animo obedient, non
solum bonis magistratibus, nisi praeципiatur contra
Deum, pax iuuetur, honorentur principes, ore-
tur pro omnibus politijs, & solicite cogitetur, qui
eis prosimus. Mariti diligent uxores, uxores re-
vereantur maritos, parentes & pie & honeste in-
stituant filios & filias, filij obedient in omnibus
parentum uoluntati, Domini & dominæ agnoscant
se Dominum habere in coelis, ut modeste agant er-
ga famulos & famulas, ut coheredes regni Dei, si
Christiani sunt, aut si Christiani non sunt, modestia
hac prouocati, fiant, Serui & ancille non ad ocul-
lum solum seruant, sed ut Domino Christo, quem
præsentem & omnia intuentem habent, Omnes ue-
ro sese ut fratres ament, sibi mutuo condonent in-
iuriam, sobrie, iuste, ac pie uiuant, in hoc saecu-
lo, expectantes beatam s̄tem & aduentum Chri-
sti, atque orent sine intermissione pro prospero

IN CAPUT TERTIVM.

cursu & fructu Euangelij, pro pace &c. Obediant ministris uerbi & eis necessaria procurent. Seruant uicinis, & grotis, adfictis, egentibus, & ante omnia suorum curam gerant, id est, sibi commissorum.

Isti sunt lapides preciosi, in muris Ierusa' em ciuitatis Christi, ornamenta quæ uident homines, ut glorifcent patrem nostrum, qui in cœlis est, Matthei. 5. quibus ut simplices filij Dei, sine reprehensione, in medio nationis prauæ atq; peruersæ, lucemus sicut lumenaria in mundo, uerbum uitæ continentes, ad gloriam Euangeli, in die Christi, Philip. 2.

Summe hic cauendum, ne sic ista Christiana opera, siue istam Christianam uitam doceamus, ut discant homines talibus confidere, quorum fiducia debet esse in solum Dcum, per Iesum Christum Dominum nostrum, fundamentum cui inniti debemus. Nam hoc non esset ædificare lapides preciosos, super fundatum Christum, sed super seipso, sine fundamento, que est ædificatio stulti uiri Matthei. 7. Et ita speciem haberent lapidum preciosorum, id est, bonorum operum, non autem essent, Quicquid enim non est ex fide peccatum est, Ornamenta itaq;, & certa signa sunt præsentis gratiae Dei, & fidei in Christum, ceterum solius fundamenti merito filij sumus & accepti Deo, secundum illud. Cum feceritis omnia, que præcepta sunt uobis &c.

Atque hæc hactenus de bona structura, que struitur super

EPISTOLAE AD CORIN.

tur super fundamento Christum.

Aut si quis doctor superstruit doctrina sua, super Lignum fundatum Christum (quemadmodum bonus vir fœnum, per errorem putat) lignum, fœnum, stipulam, id stipula est, non syncerum uerbum Dei, non uocem pastoris Ia. Christi, sed urget & docet esse quedam necessaria, quæ non sunt ipsi mandata, quæ uerbum Dei non habet, atq; adeo quæ tandem ad lucem & igne, id est, ubi reuelatur error, deprehenduntur esse contra uerbum Dei, & cum fundamento Christo non posse coherere, ex traditionibus enim humanis sunt, & humani cordis figmento, qualemcumq; pietatis speciem ante sint mentita.

Lignum sunt, quæ maiori specie pietatis & scripturarum male intellectarum, altius animis quorundam insederunt, hæc primum lucem fugere querunt, defensione quasi sanctitatis, & igni resistere uidentur, ut humida ligna, per detortas scripturas, per autoritatem patrum, per longi temporis præscriptionem, per multitudinem adhaerentium, sed tandem frustra, non enim potest lignum in igne persistere, redigetur in fauillam. Omnis inquit plantatio, quam non plantauit pater meus, eradicabitur, Verbum autem Domini stabit in æternum.

Vide talia quedam supra (ubi scripsi contra Cypriani rebaptizationem) a beato martyre Cypriano ædificata, quasi (de quo non dubito) super fundatum Christum, quod uerc habebat, qui etiam

IN CAPVT TERTIVM.

alibi, mirum quam necessarium faciat, ut aqua uino calicis permisceatur, quis ei dedit potestatem, ut hoc necessarium doceat, quod non est ipsi mandatum? libenter utitur deortis scripturis, ut dicat pro oleo suo. Oleum peccatoris non impinguet caput meum, quid si ei contra suam aquæ permisitionem indicauerit, quam pessimam habeat speciem ex hoc Esaiæ uerbo. Caupones tui miscent aquam uino? Certe beatus Chrysostomus home. 33. In Matthæi caput. 26. hæresim uocat perniciosam, his uerbis. Sed, inquit, cuius rei gratia Christus non aquam, sed uinum post resurrectionem bibit? Perniciosa quendam hæresim radicibus euellere uoluit eorum, qui aqua in mysterijs utuntur, ita ut ostenderet, quod et quando hoc mysterium tradidit, uinum tradidit, etiam possi resurrectionem in nuda mysterio mensa, uino usus est. Ex genimine autem ait uitis, que certe uinum non aquam producit. Ita ille. Siue autem contendas haec dici contra illos, qui sola aqua utuntur sine uino, siue alius dixerit contra illos dictum, qui aquam uino addunt, certum est contra utroque dictum, quando genimen uitis, id est, uinum uult esse in mysterijs, ut ait, non autem aquam. Si hic sequentiam duceris hominum autoritatem utrum sequeris? utrum damnabis? Ego certe Christo gratia, ut ista ligna nihil moror, ita non tam ligna mihi sunt, quam fœnum et stipula.

Fœnum et stipulam dicimus illas doctrinas, que statim

EPISTOLAE AD CORIN.

statim in luce & igne, deprehenso errore, evanescunt ut sumus, ut quod docuerunt non esse edendas carnes feria sexta, non esse celebrandum sine manu polo &c. Huc pertinent omnes nuge questionum illarum Theologicalium, num potuisse Deus aliter redimere genus humanum, taceo quod ridenda multa proposuerunt, multa etiam impia, quorum multa congesit quodam loco annotationum noui testamenti Erasmus.

Si qui inter eos inuenti sunt a Deo, qui Christum amauerunt (non enim praividicamus iudicijs Dei) & per errorem ab alijs, quasi per manus, acceptum, iudicauerunt haec non esse contra Christum, de his solis nunc loquimur, Nam de his dicimus, qui fundamentum Christum habent, id est, per Christum sperant salutem.

Illi uero nebulones ad hunc numerum non pertinent, qui sic fuerunt affecti, ut nunc tandem se declarant, ut solis nugis istis implicarentur, & odio haberent atq; adeo persequerentur, data occasione, Euangelium Christi, siue fundamentum hoc, quod ex sola in Christum fide iustificamur, qui non solum peccatorem, sed & omnes bonas literas, pictatis ministras, oderunt.

Repete hic omnia, quæ supra de auro, argento, lapidibus preciosis, ligno, foeno, stipula scripsimus, quando de bonis operibus agebamus, nam hac illa omnia, etiam pertinent, quando opera ex doctrina,

IN CAPVT III.

ctrina, de qua hic dicimus, proueniunt.

Proba Si quis igitur inquam, ista bona aurum, argento doctum, lapides preciosos, aut ista erronea lignum, fœtrinæ stipulam, ædificauerit super fundamentum Christum, quomodo tandem deprehenduntur discernentur, ut illa maneant, hec pereant? Cum iusque inquit opus manifestum fiet, id est, cuiusque doctrina, quam superædificauit siue docuit super fundamentum Christum, manifesta erit, ut uideatur num Dei uerbum sit, aut erronea, licet piorum dotorum, sententia.

Multa enim saepe se ueritatis specie uenditant, etiam pijs, dum non certo Dei uerbo innituntur, non satis attendentes quid hoc sibi uelit in Psalmo, Tunc non pudefio, cum respicio ad omnia præcepta tua, sed ut Christus ait, Nihil occultum, quod non reuelabitur, neq; absconditum, quod non scietur.

D I E S enim (ut hic dicitur) declarabit, quod in igne reuelatur, uel, quia in igne reuelatur, et cuiusque opus quale sit ignis probabit. Ligna, foenum, stipula, id est, ea, que non sunt Dei uerbum, gloriantur saepe quasi sint ea, que æterna sint, et perire non possint, id est, quasi sint uerum Dei uerbum, quod manet in æternum, proijciantur in ignem, ibi reuelabuntur ignis probatione siue examinatione, ut in die siue luce conspicua appareant, que sint, que ante in tenebris, id est, in ignorantia et errore magnificauimus.

Tunc nia

EPISTOLAE AD CORIN.

Tunc uidebis pereuntia esse, & non Dei, quatu ante esse Dei, & eterna somniab*s*, Paulatim absumi ab igne uidebis ligna, fœnum uero & stipulam uel ad ignis aspectum euincere. Contra uero aurum, argentum, lapides preciosi, id est, purum Dei uerbum, sepe calumniam sustinent, quasi non sint quod sunt, his uerbis. Non est uerum argentum, non uerum aurum, non ueri lapides preciosi, sed est doctrina noua, heretica, scandalosa, piarum aurium offensiva, a cultu Dei retractiva & ab obedientia sancte matris Ecclesie alienativa, quis enim ignorat quam Theologicaliter ista, sine scriptura, soleant obisci Euangelio glorie Dei? Sed que sic falso damnantur, in igne persistunt, probationem ignis, & diem siue lucem conspiciunt, id est, iudicium & cognitionem ferre queunt, & permanent, utcunq; ad tempus aliquid, ab hominibus reprobata & damnata.

Nolunt alia in lucem protrahi, & ubi admoventur igni, ut in die possint uideri, primum sumant, mox pereunt, id est, primum indigne fuerunt examen, deinde apparent esse nihil. Hec uero, que nihil aut etiam mala uidebantur, tantum absit, ut fugiant lucem, ut etiam gaudeant certo iudicio cognosci.

Aduerte, quod & supra dixi, diem accipi pro Dies revelata luce uerbi Dei siue ueritatis, id est, pro cognitione

IN CAPVT. III.

cognitione legis, que reuelat peccatum, & Euange-
lij, quod declarat nobis remissionem peccati, & fa-
uorem Dei erga nos per Iesum Christum, quemad-
modum scripture solet hac uti allegoria, ut Esiae. 2.
Ad legem magis & ad testimonium, quod si non dixer-
int iuxta uerbum hoc, non erit eis matutina lux,
Et in Psalmo, Lucerna pedibus meis uerbum tuum,
& lumen semitis meis. Et ad Romanos duodecimo.
Nox processit, dies autem appropinquauit, sicut in
die, honeste ambulemus, Hinc & exactum iudicium
& cognitionem dies significat, quia reuelata ueris-
tate certius iudicamus de rebus, & non est errori lo-
cus, Ideo & infra capite. iiiij. Paulus diem homi-
nis, uocat iudicium hominum siue rationis de rebus
sacris, & de ministris Euangelij, quod fallax at-
que adeo nullum est, Putant enim animales homi-
nes se uidere, que non uident &c. Sic ibi legitur
ex Græco, Mibi uero pro minimo est, ut a uobis
dijudicer aut ab humano die, Ieremias autem capite
decimo septimo, dixit. Diem hominis non defyde-
raui, id est, mea predicatione non quesui, quemad-
modum pseudo prophete, quicquid apud homi-
nes magni estimatur, non quesui opes, gloriari,
honores, fauores, quemadmodum carnales homi-
nes solent. Breuiter, hic dies conspicuum lucem &
certum iudicium, post reuelatum errorem, signi-
ficat. Dies declarabit, id est, reuelata quandoque
ueritas certo ostendet, quid bonum quidue malum
fuerit,

EPISTOLAE AD CORIN.

fuerit, Ad tempus enim in tenebris, id est, quando erratur, quedam mala pro bonis sese uenditare, que postea in luce, id est, exactiore & certiore iudicio deprehenduntur.

Ignis autem metaphora tam frequens est in scripturis, ut ridendum plane sit, quod hoc loco inde fecerint aliquem ignem purgatorium post hanc uitam, hoc inquam loco, qui secundum omnes ferè dictiones est allegoricus, ut supra indicatum est, maxime etiam Paulo sic exprimente ignis similitudinem, Saluus erit, sed sic tanquam per ignem. Quanquam quid attinebat hic multis hoc admonere? quando enim sine dubio allegoria sunt, Aurum, argentum, lapides preciosi, ligna, fænum, stipuli, quis nisi plane stupidus aliquis, & rufus asinus, negarit ignem allegorice dictum, in quo illa sunt probanda?

Quasi uero probatio in igne, non sit in scripturis metaphora notissima, ut in Psalmis. Eloquia DOMINI eloquia pura, argentum igne examinatum &c. Item, Igne me examinasti & non est iniuria in me iniurias, Et. I. Petri. I. Nunc ad breve tempus afflictii uarijs experimentis, si opus sit, quo exploratio fidei uestræ, multo preciosior auro, quod perit, & tamen per ignem probatur, reperiatur in laudem & gloriam & honorem, tum cum reclabitur Iesus Christus &c. Et. I. Petri. 3. Charissi-

IN CAPUT TERTIVM.

mine m̄lrem̄ dum per ignem exploramini &c.

Est itaque ignis tentatio siue probatio, tribulatio, persecutio, confusio, poena, quemadmodum etiam Ecclesiastici uicesimo septimo, dicitur. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Et Sapientiae tertio. In paucis uexati, in multis bene disponentur, quoniam Deus tentavit eos, & inuenit eos dignos se, Tanquam aurum in fornace probauit eos, & quasi hostiam holocausti accepit eos, & in tempore erit respectus eorum &c.

Hic ignis efficit diem, quemadmodum hic dicitur, Quod in igne reuelabitur dies declarabit, uel, dies declarabit, quia in igne reuelabitur, cuisque opus quale sit ignis probabit, Extra tentationem, facile quedam magnificamus & magnificanda credimus, que tamen in tentacione, quia Dei non sunt, & nobis & alijs reuelata euanescent & pereunt. Quemadmodum conqueritur pro populo suo, antea uerbo Dei incredulo, Ieremias Threnorum primo. De excelso misit D O M I N U S ignem in ossa mea & erudiuit me, expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum Id quod Esiae uicesimo octavo, sic etiam dicitur. Tantummodo sola uexatio dabit intellectum auditui. Et Christus ait, Merci nono. Omnis homo igne salietur, & omnis uictima sale salietur. Et de p̄ijs Paulus,

Quot-

EPISTOLAE AD CORIN.

Quotquot uolunt pie uiuere in Christo, persecutio-
nem, siue internam siue externam, patientur.

Et certe pijs iste ignis, qui est crux & tentatio, adeo
necessarius est, ut sine eo in simplici fide & syncero
uerbo Dei persistere non possimus, accrescit enim
semper rubigo, quam necesse est exuri, ut non dicam,
quod ita fides nostra redditur probatior & nobis &
alijs, ita ut spes uarie exercitata, non sinat nos postea
pudesceri, ut dicitur Romanos.5. quemadmodum &
Christus de semine in terram bonam seminato dicit,
fructum adferunt in patientia, significans fructum
illum non prouenire sine cruce, Et alibi promittit,
dicens. In patientia uestra possidebitis animas ue-
stras, Lege que scribuntur Heb.12. Hoc est, quod Sa-
lomon in Proverbijs, toties nobis disciplinam, casti-
gationem, eruditionem, timorem Domini inculcat
& commendat. Et in Psalmo dicitur. Priusquam
humiliarer erraui, nunc autem eloquia tua seruo, Bo-
num mihi quod humiliatus sum, ut discam statuta
tua, Melior est mihi lex oris tui, quam milia auri &
argenti.

Si quid igitur praesumpsimus temere, aut errauis-
mus, edificando siue docendo super fundamentum
Christum, que cum hoc fundamento siue fiducia in Chri-
stum non consentiunt, que tamen per errorem conser-
tire putabamus, in igne, id est, in temptatione, in tribu-
latione, & quando ueritate contra nos agitur siue scri-
pturis, manifestum erit uelut in die, & peribit, In
uariag

IN CAPVT TERTIVM

uarias enim tentationes Deus nos inducit, ut nos cœli filios erudiat, Quemadmodum Hieremias dixit ca. 31. Castigasti me Domine & eruditus sum, quasi iuuencius indomitus, Conuerte me & conuertar, quia tu es Dominus Deus meus. Postquam enim conuertisti me, egi poenitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, Confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentie meæ.

De pijs doctoribus, id quod sepe admonui, nunc loquor, qui fundamentum docent & habent Christum, qui norunt timere Deum, adorare & trepidare ad reuelatam Dei ueritatem, non autem loquor de obstinati & excæcatis, qui admoniti tribulationibus multis, admoniti manifesto uerbi Dei, ut hodie Papistæ, sacramentarij, anabaptiste & alij heretici, non plus mouentur quam Marpesia cautes, & in suis erroribus & presumptis opinionibus, nihil ueriti iudicium Dei, moriuntur.

Pijs doctoribus, quando arguuntur ipsa ueritate uerbi Dei, ut in angustijs alioqui uel in morte, non libet defendere, que falsa se docuisse deprehendunt, sed potius dolent, confunduntur, erubescunt, recantant, ad gloriam Dei, & suam & aliorum salutem, uellent non docuisse sc̄ talia, unde alijs data est ansa errandi, Hic licet confusi, tamen gaudent, quod possint gloriae Dei & saluti consulere proximorum, docentes rursum contra suos errores, quemadmodum nos ho-
die

EPISTOLAE AD CORIN.

die libere fatemur, reuelato rursum Euangelio, nostram in qua errauimus insaniam.

Hic damnum patiuntur, quia uident non solum frustra se talia super fundamento Christum edificasse, sed etiam cum damno & seductione aliorum, id quod pro maximo damno habent, dolentes apud se, & confusi apud alios, quibus reuelatur ueritas, quod non in solum Christum fiduciam docuerunt, sed nonnihil humanae superstitionis addiderunt, quod non solum Dei uerbum & syncerum tractauerunt, sed etiam illi humana quedam permiscuerunt, quod sepe ut sua statuerent, que tamen Dei esse putabant, alienis & uiolentis interpretationibus, uerbum Dei ignorantes, de prauarunt, quod ab alijs de prauata, & uolenter ad alienum sensum detorta, per negligentiam & oscitantiam, propter illorum autoritatem & sanctitatem, suscepserunt, cum omnia debuissent probare, & quod bonum est tenere, quod ad ista incommoda & mala, alijs multis autores sua doctrina & scriptura facrunt, ut quemadmodum Ambrosius dicit, semper erubescat, qui se uidet falsum defendisse pro uero.

Sed hoc damnum cedit eis in maximum lucrum, quia salui fuent, merito fundamenti quod docuerunt, quod amant, & ueuelata ueritate, dolent se nonnihil ab eo deflexisse, aut certe indigna superstruxisse, non salui futuri, si hoc fundamentum non agnoscerent, sed suis iusticijs, & humanis admiuentionibus & depra-

IN CAPVT TERTIVM.

utis scripturis fiderent, id quod Ambrosius sic dicit.
Semper fiduciam habet Dei, qui abiecto falso, secutus
est uerum, & spreta impietate succubuit pietati.

Sed sic inquit Paulus, tanquam per ignem, Quo
uerbo certe terret primum, & admonet omnes pios
doctores, ut caute in negocio suo agant, non ament sua
inuenta, si que specie scripturarum & sanctitatis ar-
rident, ita ut cupiant alijs, pro uerbo Dei certo, uen-
ditare, non sint segnes ad legendum, siue discendum
sedulo uerbum Dei, orantes sine intermissione, quo
recte intelligent, & in sincero uerbo persistant, ne
per negligentiam, praecessorum errata, pro ueritate
fuscipliant, sed potius omnia dijudicent, quando pijs
aliorum laboribus uti sanctum esse ducunt, non igno-
rent quod Dominus dicit. Dum dormirent homines,
inimicus homo superseminauit zizania.

Caveat itaq;, inquit, unusquisq; qui superaedifi-
cat, Nam ignis uenturus est, & sincere docentibus,
& ijs, qui perperam quedam docent, si non parceretur
auro, argento, lapidibus preciosis, quid de alijs speran-
dum? Siquidem oportet omnia igne probari. Caveat,
inquam, quia licet saluus fiat, propter fundamentum
Christum, non tamen nisi per ignem, in quo perire
oportet, que ante a ipse & alij per doctrinam eius
magnificauerant.

Deinde & consolatur his uerbis, ut ignem siue
crucem nobis prodeesse sciamus.

Alius autem qui sincere docuit, in tentatione per-
stabit

EPISTOLAE AD CORIN.

stabit sua doctrina, quia omnis caro fœnum, uerbum autem Domini stabit in æternum. Tunc uidebitur etiam ab alijs, quod fuerit fidelis in omnibus uerbi minister, et preterea etiam accipiet mercedem, non quidem meritam, sed a Deo promissam, secundum illud, Euge serue bone et fidelis, quia in modico fuisti fidelis &c. de qua supra Paulus. Vnusquisque, inquit, sum mercedem accipiet, iuxta suum laborem, et de se alibi. Cursum consummaui, fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iusticie, quam reddet mihi Dominus iustus iudex in illa die &c.

Sed ait, Quomodo passi sunt illum ignem ueteres illi doctores, qui quamuis fundamentum Christum habuerint, et multa rectissime, super illud fundamentum, edificauerint sua doctrina et scriptis, tamen etiam in quibusdam errauerunt, sua permiscentes scripturis, et quedam non recte intelligentes, ut supra de quibusdam indicatum est, et errores eorum post ipsos permanserunt, non sunt exusti, ut uiuentes damnatum paterentur.

Respondeo, Et ipsis accidisse in uita quod alijs, nempe ut postea cogerentur damnare reuelata ueritate, que prius ut diuina magnificauerant. Id quod Augustinus in libro de spiritu et litera cap. 36. sic satetur. In multis offendimus omnes, dum putamus Deum, quem diligimus, placere uel non displicere quod facimus, et postea per scripturam eius, siue certa et per spicula ratione commoniti, dum didicerimus quod ei

IN CAPUT TERTIVM.

non placeat, pœnitendo deprecamur, ut ignoscatur. Ple-
na humana uita est documentis talibus. Vnde autem
minus nouimus quid ei placeat, nisi quia et ipse non
nous notus est nobis? Videmus enim nunc per specie-
lum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Hæc ille.

Quæ autem in uita eorum non sunt ipsis reuelata-
ta, quod essent erronea, scripserunt quidem, sed uer-
bo Dei non ea uoluerunt autoritatem habere equa-
lem, immo cedere uerbo Dei omnia sua, Ideo non est
illis imputatus a Deo error, qui in eo tempore parum
obsuit Christianis, recte de Christo sentientibus. Ig-
nem tamen hæc eadem iam reuelata ueritate sustinent,
et damnum patientur illi, qui erroneas sanctorum
doctorum sententias hactenus amauerunt et docue-
runt, ita ut quod doctores sancti in uita in semetipsis
non sustinuerunt, iam sustineant in posteris et inulta-
toribus, qui iam suos errores per Dei gratiam corri-
gunt et c.

Hunc ignem olim Christiani uidentur appellasse,
ignem purgatorium, in quo purgentur pijs a ligno, fie-
no, stipula, ex qua appellatione (ut in plerisque aliis)
per ignorantiam postea natus sit error fidei purga-
torij.

Hic repeate, si uis, omnia quæ supra diximus de op-
eribus, quando, ut dixi, opera ex doctrina prouenient.
Sicut enim opera ex fide facta permanent, ita multo
magis doctrina permanet, quæ fidei in Christum per
omnia respondet, est enim æterna ista ueritas.

EPISTOLAE AD CORIN.

Atq; hæc hactenus de pijs doctoribus, id est, ijs,
qui edificant super fundamento Christum, siue qui
fiduciam in Christum docent, siue sincerum uerbum
ubiq; doceant, siue quid erroris humani nonnunquam
ignorantes admittant. Nam de ijs, qui plene sunt impij
doctores, id est, qui uolentes seducunt, propter suam
ambitionem & commoda, aut qui postea reuelata ue-
ritati cedere nolunt, ne damnum patientur, ut salui-
fiant per ignem, in quo magis obstinati fiunt & indu-
rantur, ne amittant suam gloriam, quam tamen retine-
re non possunt, iam sequitur aliud Pauli iudicium.

AN NESCITIS QVOD TEMPLVM.

De edificatoribus dixit, Iam dicit de destrutoribus, Sequi-
quos potius prophанatores appellare uoluit, quia sic tur de
destruunt, ut ex re sacra faciant non sacram, ut pe- impijs
nitus non sit quod fuit, uerbum Dei in alienum detor- docto-
quent sensum, ut præsumptam impietatem, pro sua am ribus
bitione & cupiditate, confirmant, atq; idcirco ablata siue
fiducia in Deum, quam ut non norunt, ita docere non prædi-
possunt, faciunt ut spiritus sanctus in hominibus, qui catori-
templum eius esse deberent, habitare non possit.

Vt itaq; grauem ostendat seducentium damnatio-
nem, primum indicat, quam sancta res, quamq; diui-
na sit, quam polluunt atq; prophanant, An nescitis,
inquit, quod templum Dei estis, id quod sic exponit,
Et spiritus Dei habitat in uobis. Quanto grauius est
damnum quod faciunt, quanto magis peccant contra
templum & habitaculum Dei atq; adeo contra inha-

IN CAPVT TERTIVM.

bitantem Deum, tanto magis obnoxij erunt iudicio
Dei.

Atq; hi sunt, qui fundamento Christum non ha-
bent, sed ponunt aliud fundamento, quod non potest
fundare esse fundatum salutis, nam aliud fundatum ne-
men- mo ponere potest, preter id quod positum est, quod
tum. est Christus Iesus. Aliud autem fundatum quod po-
nunt siue docent, siue potius fictum fundatum, id
est nullum, est fiducia uirium humanarum & iusticia
operum legis diuinæ, quam docebant pseudapostoli,
& multo magis fiducia operum legum & traditio-
num siue adiuventionum humanarum, quam multo
stultius nostri docent.

Stultissimus est qui ædificat sine fundamento, aut
qui fundatum gloriatur esse arenam, Matth. 7. id
quod sic dicitur Jeremias. 17. Maledictus qui confidit
in homine, & ponit carnem brachium suum, & a Do-
mino recedit cor eius. Erit enim quasi myrica in de-
serto, & non uidebit cum uenerit bonum, sed habita-
bit in siccitate, in deserto, in terra salsuginis & inha-
bitabili &c. Et ca. 8. Quomodo dicitis, Sapientes nos-
sumus, & lex Domini nobiscum est? Vere mendacium
operator est stylus mendax scribarum. Confusi sunt sa-
pientes, perterriti & capti sunt. Verbum enim Do-
mini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis. Pro-
pterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hæ-
reditibus. Quia a minimo usq; ad maximum omnes au-
titiam sequuntur, a propheta usq; ad sacerdotem
cuncti

EPISTOLÆ AD CORIN.

cuncti faciunt mendacium, Et sanabant contritiones
filiae populi mei ad ignominiam dicentes, pax, pax,
cum non esset pax, Confusi sunt, quia abominationem
fecerunt, Quinimo confusione non sunt confusi, & eru-
bescere nescierunt, Ideo cadent inter corruentes, in
tempore uisitationis sue corruent, dicit Dominus &c.

Vides quo iudicio, scriptura utriusq; testamenti,
obnoxios facit eos, qui pro uerbo Dei, sua somnia &
traditiones humanas docent, efficientes ut populus sit
absq; timore Dei, atq; adeo sine Deo.

Quibus & hoc impingit spiritus sanctus, quod
etiam confusi, & per ueritatem uerbi Dei, a sanctis
prophetis & prædicatoribus de mendacio conuicti,
erubescere nesciunt. Non magis enim sentiunt incre-
pationem Domini per uerbum prædicationis, quam
percussionem malleatorum incus, quemadmodū Hiob
de Leviathan ca. 41. dicit. Cor eius induratur ut lapis.
solidum ut frustum molæ inferioris &c.

Sinunt sibi dici, Genimina ui perarum, Væ uobis
scribæ & pharisæi hypocritæ, Canes, concisio, opera-
rij iniquitatis, cultus Dei quem magnificatis, est im-
pius, docentes doctrinas & mandata hominum, uolen-
tes uestram statuere iusticiam, iusticiæ Dei non estis
subiecti, cessate a doctrinis demoniorum, nolite neq; le-
gis neq; ex cogitatis iusticijs, resistere Euangeliō glo-
riæ Dei, Cur uestram ambitionem et cupiditates præ-
fertis uestræ saluti? Non potestis Deo seruire & mam-
monē. Peccatum est in spiritum sanctum, ueritatem

IN CAPVT. III.

agnitam impugnare. Hactenus Deus dissimulauit nos
stros errores & ignorantiam, nunc reuelata ueritate
quæ erit excusatio? Amplectimini syncerum Christi
Euangelium, redite ad uerum sacramentorum usum,
relinquite uestras nundinationes & hypocrisim.

Hec ut olim pseudoprophetae & pharisæi, deinde
pseudapostoli & alij hæretici & seductores, ita nunc
Papistæ sinunt sibi dici, præterea & nostri hæretici
sacramentorum a Christo institutorum contemptores,
manifestis Christi uerbis arguuntur impietatis & men-
dacijs, sed ut dicit Propheta, Erubescere nescierunt,
& confusione non sunt confusi, sed perguunt impijs suis
doctrinis & consilijs, condemnare sanctos Christi te-
stes, ut hæreticos, & seducere corda simplicium, id
est, prophanare templum sanctum Dei, ut Deus suo iu-
sto iudicio ipsos perdat, quemadmodum hic dicitur.

Defenduntur Papistæ a principibus, quia indigni
sunt ut pereant alio, quam ipsius Dei iudicio horren-
do. Non ipsi ingrediuntur in regnum cælorum, &
alios ingredi uolentes prohibent.

Contemnit ergo eos Paulus, & obijcit, nisi resipi-
scant, iudicio Dei. Si quis, inquit, templum Dei pro-
phanat, hunc perdet Deus. Quemadmodum & Mo-
ses nomine domini dixit. Si quis prophetam illum non
audierit, ego ultor existam, uel ego ipse requiram.
Horrendum certe est incidere in manus Dei uiuentis.

Tcm= Templum olim unum erat in Hierusalem, quod
plum. Salomon pro tabernaculo Mosis ædificauerat, neq;
uoluit

EPISTOLÆ AD CORIN.

voluit Deus plura uel ibi uel alibi esse. Impietas ~~an-~~
tem multiplicauit templa, & aras ubiq;, iudicans se
multiplicare cultum Dei, & non uidens hunc esse
cultum Satane, qui sub specie religionis angelicæ cri-
gitur, sine expresso uerbo Dei, atq; adeo contra uero-
bum Dei.

Contaminabatur autem illud uerum Dei templum
in Hierusalem, siue prophanabatur, impijs sacrifici-
cijs, & gentium pollutionibus ut legis Macha.1. &
alias in codem, Sed Deus tandem, horrendo iudicio,
perdidit Antiochum regem, ampli sancti prophana-
torem.

Nunc autem, quando, ut dicit Christus Ioh. 4. neq;
in monte neq; Hierosolymis adoratur, uerum Dei tem-
plum, ut hic dicitur, sunt credentes, in quibus pater
& filius per spiritum sanctum inhabitant, & corda
uerbo Euangelijs docent, illuminant, iustificant, sancti-
ficant, consolantur, certificant, & contra omnes inse-
rorum portas fortificant, quemadmodū Christus ait.
Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater
meus diligit eum, & ad eum ueniemus, et mansionem
apud eum faciemus. Et Paulus pro credentibus, repe-
tit ex promissione, Iudeis credentibus facta, dicens.
2. Cor. 6. Vos templum Dei uiuentis estis, quemadmo-
dum dixit Deus. Inhabitabo in illis, & inambulabo,
& ero illorum Deus, & ipsi erūt mihi populus. Quia
propter exitus de medio illorum & separamini ab il-
lis, dicit Dominus, & iminundum ne tetigeritis, &

IN CAPVT III.

ego suscipiam uos, & ero uobis pater, & uos eritis
mihi filij & filiae, dicit Dominus omni potens.

Tempt Hoc autem templum, quod nos sumus, polluitur &
plum prophanatur, id est, ex sacro fit prophanum, quando
pro in eo offeruntur impia sacrificia, id est, quando se-
phana ducti per impios doctores siue prædicatores, credi-
tur. cipimus humanis doctrinis & traditionibus, his enim in-
cipimus fidere seruatis, & diffidere non seruatis, &
perit fiducia in Deum. Vnde fit ut Deus amplius ibi
habitare non possit. Nam sine fide, siue fiducia in De-
um, impossibile est placere Deo. Sine fide autem Dei
sumus, quando fidimus & alligamus nostras conscienc-
tias & corda traditionibus & adinventionibus hu-
manis. Ablato autem Deo, quid ibi erit nisi habitatio
erroris & dæmonum? Pro uerbo enim Dei, quod po-
test nostras saluare animas, suscepimus uerbum huma-
num, quod est in rebus salutis nihil aliud quam men-
daciū, iccirco non ab alio uenit autore, quam a Di-
bolo patre mendaciorum.

Væ se Væ sectarum autoribus, nam ita excæcantur, pri-
etis. mum suis opinionibus, deinde sua ambitione & glo-
ria, ut uix unquam aliquis ex eis conuertatur, etiam si
manifestissimo Dei uerbo conuincantur de errore &
mendacio. Nam erubescere, inquit propheta, nescie-
runt. Iccirco post unam & alteram admonitionem,
sunt, secundum Paulum & secundum Christi senten-
tiam, deuitandi. Quid enim frustra lapidi clamaue-
ris? Define cum stercore certare, nisi pollui uelis,

Habent

EPISTOLÆ AD CORIN.

Habent suum iudicium, nam suo ipsorum iudicio damnati sunt, scientes, quod uel mentiantur, uel saltem incerti sint de sua doctrina, & Deus qui excæcando & indurando eos perdere cœpit, perdet eos & confundet, ut sœtiant coram uere Christianis in æternum, ut uideant, cum dolore se frustra gloriam suam, contra Dei gloriam quæsijſſe.

Perierunt Arriani, perit iam Antichristi regnum, in illis qui recipiunt Euangelium, peribunt & sacramentarij & anabaptistæ, & quicquid se erigit contra sincerum Christi Euangelium. Omnis enim caro fœnum, exiccatum est fœnum & decidit flos, uerbum autem Domini stabit in æternum. Impius uidebit hæc & dolebit, fremet dentibus & tabescet, desiderium impiorum peribit, Amen.

NB QVIS SEIPSVM FALLAT. Epilogus est omnium que dixit de sapientia Dei, & de huius sapientie ministris, id est, prædicatoribus Euangelij. Secta

Adeo expositi sumus ut fallamur, ut ne a nobis qui rīj pri dem ipsis tuti simus, nisi per Deum scuto ueritatis mūſeius, id est, certo Dei uerbo protegamur, ut dicitur ipsos Ephe. 6. De quo est totus Psalmus, Qui habitat &c. sedu Nam ut dicitur Prover. 12. Via stulti recta est in ocu lls eius, qui autem sapiens est, audit consilia, Et ca. 16. Misericordia uia que uidetur homini recta, & nouissima eius rum et ducunt ad mortem. Et alibi. Stultus est qui confidit hor in corde suo.

rendū.

Nihil est miseriū illis hominibus, maxime doctoribus im-

IN CAPV T. III.

bis impijs, ut pseudapostolis, pseudoprophetis, iusticiarijs, sacrametarijs, & si qui alij sunt, qui sancte doctrinae, & manifesto uerbo Domini nostri Iesu Christi aduersantur, qui sibi sapientes uidentur, & tamen non ueram sapientiam, syncerum Dei uerbum sequuntur, sed suas opiniones, hominum errores & consilia, hoc est, stultitiam cordis sui. Nam antequam alias seducant, seipso seducunt, sui sunt seductores & occisores, ut si cæcus cæcum ducit, ambo in foucam cadant, Quid infelicius quam a seipso seduci quenquam?

Hoc iudicio pereunt, qui non possunt audire hoc Pauli Ro. 12. Dico, per gratiam que data est mihi, cui libet uersanti inter uos, ne quis arroganter de se sentiat, supra quam oportet de se sentire, sed sentiat ad sobrietatem, ut cuicq; Deus partitus est mensuram sua dei, quibus uerbis admonet, ut qui iam credimus in Christum, non nostris opinionibus & stultis cogitationibus deficiamus a Christo, & simus nobis primum, deinde & alijs occasio ruine.

Omitto nunc Iulios, Cicerones, Pharaones, Sauces, qui sua sapientia perierunt, uide omnes sectarum autores, quam misere perierint, et hodie pereant, qui quanto magis suis cogitationibus & consilijs, sua quasi diuina tueri pergunt, tanto citius deprehenduntur in mendacijs suis.

Opro certe ego ut nemo doceat, nemo scribat contra gratiam Dei pro libero arbitrio viribusq; humana, & pro traditionibus, & opinionibus humanis quibus

EPISTOLÆ AD CORIN.

quibus perpetuo miserare uexantur conscientie. At rursum, ubi sua cœperunt in uulgo spargere, opto eis ut non cessent, multis sua quasi confirmare, Fit enim hoc pro electis, ut ex suis scriptis & doctrinis deprehendantur impij esse nebulones, et impudentes, primum contra Christi præconium, deinde contra nostrum ministerium, mendaces, ut pereant ipsi cum non minibus suis, ex Ecclesia sanctorum, secundum illud. Deleantur de libro uiuentium & cum iustis non scribantur. Oportet hereses esse, ut qui probati sunt manifestent. Insipientia eorum nota fiet omnibus hominibus, ita ut etiam scipso, suis consilijs & studijs, prodant, ut confundantur & pereant.

Sinito itaq; eos agere quod agunt, contra scipso enim iudicio Dei agunt, Id quod hic dicitur. Ne quis fallat seipsum. Si quis uidetur esse sapiens &c. Et in cantico Mariæ. Dispersit superbos mentes coram ipsorum, id est, suis ipsorum consilijs. Et Psalmus. Incidit in foueam quam fodit. Cadant in reticulo suo peccatores.

Admonet igitur Paulus omnes, maxime ipsos doctores Ecclesiasticos, ne se fallant, scipso, pessimū magistrum secuti, prudentes apud semetipso, sed potius, si quis uidetur sibi sapiens, in hoc seculo stultus fiat, abnegat seipsum, Euangeliū Christi siue stultitiam crucis amplexus, ut sit uere sapiens, coram Deo, per Iesum Christum, qui factus est nobis a Deo sapientia.

IN CAPVT TERTIVM.

Sapientia. Siquidem sapientia huius mundi, qua sapiens de rebus salutis sive etiā de omnibus, ex ratione humana, sine uerbo aut timore Dei, stultitia est apud Deum, quem admodum supra abunde diximus.

SCRIPTVM EST. Probat scripturis quam dixerat sententiam, nempe, quod sapientia & consilium eorum, qui non secundum Deum sapientes sunt, perdit ipsos tanto efficacius, quanto fortius ipsi presumperint, sive terrena, sive cœlestia tentent. Hoc iudicium interim curat contra eos Deus, qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, deponit potentes de sede, & exaltat humiles, esurientes implet bonis, & diuites dimittit inanes.

Id quod etiam Dominus in Esaia capite. 30. sic dicit. Vnde filijs desertoribus, dicit DOMINVS, qui sine me consilia ineunt, & sine spiritu meo protectionem querunt, ut addant peccatum super peccatum, agunt ut descendant in AEgyptum, & os meum non interrogant, sperantes auxilium in fortitudine P'raonis, & fiduciam habentes in umbra AEgypti. Erit enim uobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia umbræ AEgypti in ignorantiam &c.

Et cap. 31. Vnde illis qui descendunt in AEgyptum, propter auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multe sunt, et super cunctibus, quia prævalidi nimis, & non sunt confisi supra sanctum Israëlis, & Dominum non requisiuerunt.

Ipse

EPISTOLAE AD CORIN.

Ipse autem sapiens est, & adducit malum, & uerba sua non auferit, Et consurget contra Domum peccatorum, & contra auxilium operantium iniquitatem. Aegyptus enim homo est & non Deus, & equi eorum caro & non spiritus &c.

Quibus uerbis significat scriptura, homines Deum non timentes, suis presumere concilijs, & humanis fidere presidijs, atq; ijs ipsis perire, ut diximus. Hoc significat, etiam hic locus. Qui inquit comprehendit sapientes in astutia ipsorum, id est, illo ipso preveni quo fidunt, & hoc sit Dei iusto iudicio. Sapienti suo consilio se destruunt, quo se contra pictatem & pios edificare nituntur, aut etiam quo se contra impios aduersarios defendere, sine Dei protectione & consilio, moliuntur. Sibi sunt exitio plus quam omnes mundi morione. Hæc sententia etiam proverbiorum. 1. sic dicitur. Comedent fructus uiae sue suisq; consilijs saturabuntur &c.

Vera

Queris quare Paulus citet, ex Hiob capite quin potestto, uerba Eliphæ, ut confirmet suam, quam dicit, sententiam, quando Dominus, huius & aliorum amicorum sententrum Hiob uerba, condemnat in eo libro, capite ultitia alio, dicens ad eos, Non estis locuti coram me rectum, qua sicut seruus meus Hiob.

etiam

Respondeo, quamvis hæc sententia, ut supra dixi si primum, sepe repetatur, licet alijs uerbis in sacra scriptura, ut liceret dicere aliunde a Paulo acceptam, tamen eò quid attineret configere? cur enim non utetur raci-

X retur raci.

IN CAPVT TERTIVM.

retur Paulus sententijs quibusdam amicorum Hiob,
quæ alioqui ueræ sunt, & in sacris literis approban= tur à spiritu sancto, ut illic, Diversit superbos mente cordis ipsorum &c. quando nemo unquam indignum iudicauit, quod ipse alibi citat sententias ethnico= rum poetarum, non ad docendam uiam iusticie, ut stulte existimant, qui pro sacris humana testimonia sine modo proferunt, sed ad confundendam uiam in= iusticie, nempe, ut confundantur homines, etiam hu= manis & rationabilibus conuicti testimonijs.

Neq; uero dissentit Paulus à Domino, quando Dominus dicit, Non estis coram me rectum locuti, & Paulus citat unius amicorum Hiob uerbum, tan= quam recte dictum, Nam multas bonas & generales sententias proferunt amici Hiob, id quod nemo nega= re potest, Ex his, ut ex ueritate, sumit testimonium Paulus, non Eliphaz probans, sed illud generale dictum, quod non est Eliphaz, sed ueritatis. Domi= nus autem condemnat amicos Hiob, & uocat eos ad poenitentiam, quod coram se non sint locuti rectum, id est, quod sua hypocritica contentione, sententijs saepe bonis contra Hiob abusi sint.

Ex bonis siquidem sententijs, & generalibus di= etis ueris, siue propositionibus, ut uides, male argu= mentantur, et falsum inferunt, ita Deus comprehendit sapientes in astutia sua. Propositio est uera, et eius ue= ueritatè Deus ipse semper declarauit, et hodie decla= rat, Inde subsumūt, Tu Hiob es unus ex illis sapiētib= qui

EPISTOLAE AD CORIN.

qui hactenus tibi uidebaris aliquid esse, Ergo deus te iam comprehendit, ut effugere non possis, comprehendit autem in astutia tua, id est, nequitia cordis tui & simulatione, qua imponebas antea hominibus, quasi essem iustus. Hiob semper negat illis minorcm. At illi minorcm uolunt esse notissimam, ex hoc quod Deus eum percussit, Ignorantes interim, quod Deus etiam quos diligit castigat, et flagellat omnem filium quem recipit.

Non ergo Deus damnat illam suam ueritatem. Comprehendit Deus sapientes in astutia sua, sed hoc mendacium & falsum iudicium, Hiob est talis, ergo &c.

An non perpetuo mundus ita male iudicat, ex ueris sepe & optimis sententijs? que tamen sententiae, propter falsum iudicium, non sunt false, sed in se uera manent. Verbi gratia, Hec propositio est uerissima, quam nullus neguerit unquam, nisi impius. Omne peccatum est fugiendum. Sed qui carent iudicio, ignorantes quid, & quod nam sit peccatum, sic inde subsumunt aut assumunt, uel minorcm propositionem faciunt. At qui comedere carnes feria sexta, est peccatum. Hinc statim infert mala siue erronea conscientia. Ergo a comedendis carnibus feria sexta, est abstinendum, uel comedio carnium feria sexta, est fugienda. Quibus si dixeris. Nego minorcm, statim clamabunt te haereticum, ita amant & imbiberunt sibi doctrinas dæmoniorum. Confitentur sc nosse

IN CAPVT TERTIVM.

Dewm, factis autem negant, Nam sunt ad omne opus bonum reprobi, habentes inquinatam mentem sive iudicium & conscientiam, ut Paulus dicit, Tit.1.

Vtinam contingat illis talis increpatio Dei, quæ lis amicis Hiob, ut territi conuertantur ad ueritatem, ut sanato iudicio sive mente, sanas habeant conscientias, ad omne opus bonum apti.

Nunc interim sic argumentantur, qui optimi inter eos uolunt haberi, nam magna pars sunt contemptores omnis religionis. Bona opera sunt facienda, quis negat? Atqui hæc sunt bona opera, quæ nos facimus, ergo hæc sunt facienda. Quibus si aliquis Hiob obijciat uerbum Christi. Frustra colunt me docentes doctrinas & mandata hominum, quid auditurus est?

Itaq; hæc sententia Eliphæ est quidem uerissima, & spiritu sancto in scripturis, atq; adeo facto Dei confirmatur, sed quod idem differit & argumentatur contra Hiob falsum est.

Non ergo mirum quod Paulus ueram accipit sententiam, ab Eliphæ prolatam, quæ Dei est, quemadmodum amicorum Hiob testimonia, declarant illis temporibus, multas bonas sententias de Deo, de pietate, de cruce, de obedientia, uulgo iactatas, sine dubio a patribus acceptas, & tamen Dominus stultum iudicium et uanam conscientiam Eliphæ condemnat.

ET ITERVM, DOMINVS NOVIT &c. Possunt sapientes decipere seipsos, possunt & alij per eos decipi. Siquidem iudicantur cogita-

EPISTOLAE AD CORIN.

cogitationes sine consilia corum non esse uana. Ita Ignorantes oculis, neque de nostris consilijs, neque de rancis consilijs aliorum recte iudicamus, donec pereamus, pietas nostra & aliorum consilia sine Deo secuti. Tunc suā uanitatem nostram non ipso sapientes, neque alijs, uident aut norunt consiliorum istorum uanitatem, sed Dominus, Ideo dicit, Dominus nouit &c.

Nosse autem esse uana, est ea reprobare, id est, efficere ut ipsi suis se consilijs, quibus nituntur, perdant, quemadmodum in Psalmis dicitur, Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum. Consilium autem Domini in aeternum manet, cogitationes cordis eius a generatione in generationem. Lege totum Ecclesiasten ut uidetis consiliorum humanorum uanitatem, Lege omnes historias & sacras & prophetas, & uidebis huius sententiae Dei ueritatem.

Mundus est excruciatus, non nouit ista donec experietur, Dominus autem nouit &c. Ergo Dominus interrogandus, Dominus inuocandus, Dominus timendus, Ipse enim nouit omnia, & gubernat, Nostra consilia & studia nos perdunt.

Sed ait. Quid ergo uolunt illæ sacræ sententiæ, Proverb. 21. Consilia seduli plane abundantiam pati pioriunt, Proverb. 20. Consilio propositum fortunaru frustur, & consilijs geretur bellum, Proverb. 15. Frustrantur cogitationes in quibus non est consilium, non importanter & multi piorū.

IN CAPVT TERTIVM.

¶ multitudines consiliariorum firme erunt, Atque adeo quid sibi uult totus ferē Proverbiorum Salomonis liber, dum admonet, ut omnia cum consilio agamus, ut sapientiam, prudentiam, intelligentiam amplectamur?

Respondeo. Hæc nunc ualde utiliter proponuntur siue etiam obiciuntur, propter illos, qui ubi audiunt sapientiam, & consilia nostra damnari, statim, ut porci immundi, iudicant & clamant contra omnes artes, contra omnem prudentiam, humanitatem & bonas literas, quasi hæc omnia non sint dona Dei, utilia hominibus.

Sciamus ergo humana consilia, sapientiam, prudentiam, uana esse & nocua, quibus non est coniunctus timor Dei, Id est, quibus innituntur & fiunt homines, quæ est impietas, cui non potest adesse Deus.

Si autem adest timor Dei, profundunt multa consilia, ne temeritate nostra incidamus in malum, quemadmodum ille liber subinde admonet. Tunc si consilia sequimur, sequimur non ut humana, siquidem interea curamus, ne quid uerbo Dei contrarium suscipiamus, ne quid contra eius uoluntatem, quia nullis consilijs humanis, etiam si sancta & bona uidentur, innitimus, sed per timorem uoluntati Dei, ut is ista consilia, quæ bona uidentur, dirigat secundum suam uoluntatem, scientes quidem, quod consilia necessaria sunt, & quod temerarios odio habet

EPISTOLAE AD CORIN.

habet Deus, sed simul scientes, quod nihil erit prospicere, Deo non fortunante, aut approbante. Itaque; utcunq; caueamus temeritatem, & ut amur aliorum consilijs, tamen hoc modo, consilia ista nostra, non tam nostra, quam Dei erunt. Siquidem omnia manibus Dei committimus.

Consilium sine Deo, est consilium impiorum, quod tunc maxime obest, quando cœlestia promittit, de quo Psalmus dicit. Beatus uir qui non ambulat in consilio impiorum, id est, qui non amplectitur ea, quæ impij, id est, osores uerbi Dei iudicant optima, sapientissima, sanctissima.

Sed quid hæc ex nobis audis? Salomon in eodem libro, eadem dicit, ut noris, quæ consilia probet. Siquidem Proverbiorum. 22. sic dicit. Oculi Domini obseruant scientiam, & contemptoris consilia frustrantur. Et capite. 16. Si commiseris Domino opera tua, consilia fortunabuntur. Alioqui Proverbiorum. 19. eadem quæ hic, contra consilia humana, his uerbis dicuntur. Multe cogitationes in corde hominis sunt, consilium autem Domini stabile est, ut bona non sit opus uereri, quasi in Salomone contrarium intentio, inueniatur.

Quid ergo est, quod multa dicuntur de intentio? Proprieta bona, de bono proposito, & simplicitate, & zelosum? Respondeo. Tunc bona est tua intentio, cum Simpli corde intendis in ea, que uerbum Dei tibi prescritas, bit. Tunc bonum est tuum propositum, cum pro-Zelus

IN CAPVT TERTIVM.

ponis ea sequi diligenter, quæ tuæ sunt uocationis.
Tunc sancta tibi est simplicitas, quando simpliciter
uerbo Dei credis, de remissione peccatorum, &
salute per Christum, & de sacramentis, nihil mo-
ratus duplicitatem & incertitudinem hominum con-
tentiosorum, de omnibus disputantium, & nihil
credentium.

Alioqui si non adest tibi Dei uerbum, nunquam
decipiet te prudentia carnis ad æternum interitum
certius, quam tunc cum bonas intentiones & pro-
posita & simplicitatem tibi fngis, Quam salutem
tibi sine certo Dei uerbo fngis, Falsa est & men-
dax, Quod mendax est, ex diabolo est.

Atque hæc est illa grandis in Deum blasphemia,
& abusus nominis Domini, quem mundus uidere non
potest, quia sanctitatem esse iudicat, quod que dia-
boli sunt, per istas intentiones impias, & proposita
maligna, & stultam simplicitatem, siue potius fi-
ctam, uenditant se, quasi Dei sint, & certissimum
iter in cœlum, & ita diabolus sub specie Dei coli-
tur, mendacium sub specie ueritatis.

Scortatio, homicidia, inuidiae, odia, contentio-
nes, rapinæ, sunt quidem peccata abominabilia Deo,
sed non ita blasphemant Deum, Nemo enim docet
aut sentit, ea esse cultum Dei, & iter in cœlum,
sicut illa impie docentur, Vnde luce clarior euadit,
quare Paulus, somnia siue doctrinas hominum, à
ueritate auertentes, uocarit doctrinas dæmonio-
rum,

EPISTOLAE AD CORIN.

rum, In hypocrisi enim, id est, specie sancta sive ueritatis, docent mendacium, & faciunt cauterizatas conscientias, id est, istas bonas sine uerbo Dei, hoc est, pessimas & excruciatas conscientias, quae non sunt ex lege naturæ, neque ex uerbo Dei, sed cauterio diaboli factæ sunt ex mendacio humanæ doctrine & traditionum.

Quod si conscientia potest esse cauterizata, id est, talis cui non sit innendum, quid sperabis de multa simplicitate, & intentione, ut uocant bona, absque uerbo Dei? Paulus, bona intentione, & bona conscientia, erat blasphemus, & persequatur Ecclesiam Christi. 1. Timo. 1. Propter Deum enim hoc faciebat, & nihil male in hoc sibi erat conscientius, Nam. 2. Timo. 1. ait se seruisse Deo a progenitoribus in conscientia pura.

An non & Christus predixit, Christianorum occisores arbitraturos, quod occidendo præstarent obsequium Deo? Paulus sua experientia doctus, testimonium perhibet blasphemis Iudeis quod zelum Dei habent, sed, ut ait, non secundum scientiam, id est, uerbi Dei cognitionem et fidem.

Horum misereatur Deus, & certe sunt quidam inter eos, qui sunt ex electis, quamquam enim per errorem, tenaciter doctrinis hominum inhærent, & suas ipsorum conscientias uexent, tamen nunquam satisfit ipsis per talia, hoc est, quod Christus dicit. Non audierunt alienos oues, Eatemur

Ys nos plus

IN CAPVT TERTIUM.

nos plus satis quidem audijisse alienos, sed quod des-
quiescere in talibus non potuimus, nos ipsi nunc te-
stes sumus, utcunque tunc hoc ipsum uidere non li-
cuerit, quemadmodum ignorabant Iudei, circa
montem Sina, qua ratione bonum mediatorem sibi
optabant, Deus autem sciebat, qui dicit in Psalmo
de uexatis mala doctrina conscientijs. Propter
miseriam inopum & gemitum pauperum nunc ex-
urgam &c. Hinc sit, ut ubi suam salutem, in uer-
bo Deus mittit, excitatis bonis prophetis siue pra-
dicatoribus, agnoscant oues Christi uocem sui
pastoris Christi, & certificatæ condement uo-
cem seductorum, per quam nunquam potuerunt fie-
ri securæ. Hæc est gratia, quam agnoscit Paulus
sibi contigisse per Christum, qui uenit peccatores
saluos facere.

At sunt inter eos quoque, qui ubi audiunt reue-
latam ueritatem, contemnunt, oderunt, perse-
quuntur, amantes potius suas tenebras, De qui-
bus Christus, Iohannis tertio dicit. Hoc est iudic-
cium mundi, quod lux uenit in mundum, & ho-
mines amauerunt magis tenebras quam lucem. Et
Iohannis decimo. Vos non creditis, quia non esis
ex ouibus meis, Quid his facies?

Illi autem sunt indigni, de quibus uerba fiant,
qui malis conscientijs sua lucra, suos honores &
uentrem secuti, ut Papistæ, suis cupiditatibus cul-
tum Dei prætexunt, cum tamen interim uerum Dei
cultum,

EPISTOLAE AD CORIN.

cultum, qui est obedire Dei uerbo, negligunt, contemnunt, oderunt. Qui fiat quæso, ut uel nunc reuclata ueritate non habeant malas conscientias; quemadmodum Saul mala conscientia, factus inobediens uerbo Dei, hypocrisim suam & cupiditatem cultum Dei uocauit, dicens. Populus tulit de præda oves & boues, primitias eorum, quæ cæsa sunt, ut immolet Domino Deo suo in Galgalis. 1. Reg. 15. ubi lege quid Samuel responderit.

Non sunt inquam digni tales, de quibus hic uerba fiant, sunt enim suo ipsorum iudicio condemnati, scientes, quod propter suum commodum uel ambitionem, docent & uiuunt, contra ea, quæ sentiunt.

Oportet simul cum uerbo Dei & recta sententia, habere bonam conscientiam, ut docet Paulus. 1. ad Timoth. 1. id est, ne sis tibi male conscius, quod præter uerbum, aut contra uerbum doces, ut faciunt sacramentarij nostri, aut quod peccatum tuum defendis, ut faciunt quotquot ex prædicato Euangelio libertatem carnis pro libertate spiritus amplectuntur, Qui ita bonam conscientia repellet, naufragium circa fidem faciunt, ut ibidem dicit Paulus.

Docemus uero hoc loco tantum de illis, qui ignorantes & suo errore execrati, ut Iudei & nostri iusticiarij, & alij sue prudentiae & consilijs innitentes, suum feruorem, zelum, intentionem, conscientiam, simplicitatem, propositum iudicant esse

IN CAPVT TERTIVM.

esse bonum, non ex Dei uerbo, sed ex sua presumptione, unde fit, ut non timeant Deum, aut timeant eum propter doctrinas humanas, Matthæi decimoquinto. Esaiæ uicesimo nono. Hos admonet hac sententia, Dominus nouit &c. ne relicto uerbo & inuocatione Dei humanis consilijs fidant, nisi uanitati fidere uelint.

Rursum hic quæris, quare Paulus sic citet ex Psalmo, Dominus nouit cogitationes sapientum, quando tamen ex Hebreo legitur, Dominus nouit cogitationes hominum, neque septuaginta, aut illi translatores aliud habent, Per se notum est Paulum recte adducere sententiam Psalmi, Psalmus damnat cogitationes hominum, Paulus sapientum, si sapientes non sunt homines, Paulus male citauit.

Sed quare Paulus Sapientum uoluit dicere, non Hypo hominum, ut habet Psalmus, Respondeo, Fecisse crisis hoc mihi uidetur, non solum propter cauſam, no iu= quam agit, contra sapientiam enim humanam lo= dicat quitur, sed etiam & multo magis contra hypocri= contra sim humanam.

se dicit. Cum enim tales sententias scribit spiritus sanctus tum, contra omnes homines, & maxime contra sapientes & sanctulos, Hi se quam maxime iudicant ex maxicceptos, quasi talia, scripta quidem sint contra me tam crassam mundi stulticiam, sed non contra se, suumen di enim iudicant sapientiam esse & iusticiam. Hinc citur. ferè in ore omnium est istud, Stultorum infinitus est nume

EPISTOLAE AD CORIN.

est numerus, & tamen qui hoc iactant, alios iudicant, suam stulticiam non uident, quia non amant Dei uerbum, unde fit, ut Deum timere non possint. Cum tamen initium sapientiae sit timor Domini.

Sic quod de mundo, de impietate, & infidelitate dicitur, monachus non iudicat ad se pertinere, quamvis non fidat Deo, sed suis iusticiis, ignorans interim quod Paulus dicit. Ignorantes Dei iusticiam, & propriam iusticiam querentes constituerent, iusticiae Dei non sunt subditi. Nam finis legis est Christus, ad iusticiam omni credenti, & quod Christus dicit. Frustra colunt me, id est, omnis eorum cultus Dei est frustraneus, quia docent & sequuntur doctrinas & mandata hominum, adde ex Paulo in hypocrisi loquentium mendacium, & cauterizatam habentium conscientiam &c.

Itaque Paulus uoluit dicere. Dominus nouit cogitationes siue consilia sapientum, ne dicendo hominum, illi sapientuli sc̄e exciperent, dicentes. Hęc intelliguntur de uulgaribus hominibus, qui stultas cogitationes habent, non de nobis &c. Sic & Romanos .iiij. Paulus ubi dixerat, Omnes peccauerunt & uacant gloria Dei, & probarat ex scriptura, Nemo facit bonum ne unus quidem &c. ueritus suos Iudeos hypocritas, ne dicerent. Hęc intelliguntur de omnibus gentibus per totum mundum, quę sunt populus Satanae, non de nobis Iudeis,

IN CAPVT TERTIVM.

deis, qui sumus populus Dei, qui enim in nobis nemo faceret bonum, qui seruimus Deo perpetuo Addidit, Scimus quæcunque lex loquitur, ijs, qui in lege sunt loquitur, ut omne os obturetur, & obnoxius fiat Deo totus mundus, propterea quod non iustificabitur omnis caro ex operibus legis, in con spectu eius, per legem enim agnitus peccati.

Hypocrisis humana, quod maxime contra se dicitur est, iudicat ad se nihil pertinere, nisi explicetur, quemadmodum Prophetæ, Christus & Apostoli libere contra mundi sive humanam sapientiam & iusticiam, hoc est, contra ipsissimam hypocrisim dixerunt, & tulerunt mercedem persecutionem. Sunt enim qui ferunt dici, Dominus nouit cogitationes hominum, &c. qui ferre non poterunt dici Dominus nouit consilia sapientum, quod uana sunt, scilicet sine Deo, ut supra dictum.

ITAQ VE NEQ VIS GLORIETVR.

Non In solo Domino gloriandum Christianis, supra do glori- cuerat, ergo non in Paulo, Cepha, Apollo &c. andum quos constat ueros Apostolos & prædicatores non eccle- operum humanorum, sed Christi esse, multo minus siæ dei in pscudoapostolis, gratiæ uastatoribus, & prædi- in ho- catoribus iusticiæ humanæ & uentris, quales tunc mini- erant, & nunc tale est totum regnum Papisticum, bus. cum omnibus suis tam uarijs sectis, exceptis illis, qui per

EPISTOLAE AD CORIN.

qui per gratiam Dei nunc ad Euangelij ueritatem
& sinceritatem conuertuntur.

Nostri gloriantur de Papa contra Grecos,
quos uocant schismaticos, quod sub Papa esse Graeci
nolunt, quasi non sit una, sancta, catholica & hodie.
Apostolica Ecclesia, per totum orbem terrarum.
Quicunq; enim inuocauerit nomen Domini, saluus
erit. Cur eos uocamus schismaticos, quando nos
primum, non propter Euangelium, sed propter no-
stram ambitionem, separauimus nos ab illis? Esto,
diuidebantur imperia, sed Deus hoc fecit, qui ha-
bet imperia & regna in manu sua, & dat & au-
fert cui uult, & distribuit secundum tempora pro
sua uoluntate, at ne sic quidem debuit diuidi Chri-
sti regnum, ut non dicam, quod diuidi non potest,
Esto, non seruarent ritus nostros, quid referebat?
an non posset mulier esse Christiana, ideo quia non
portat uestem tamquam ego? ut non dicam, quod
non conuenit ei mea uestis, qui sum uir & prædica-
tor. An excidit, quod in Christo non est masculus,
neque foemina, græcus aut latinus &c? sed omnes in
Christo unum sumus, Galatas. iii. Nam spiritus san-
ctus, id quod canimus, per diuersitatem linguarum
cunctarum, gentes in unitate, non rituum, sed fidei
congregauit. De ritibus loquor sustinendis, qui non
sunt contra rationem fidei, Nam confidentiam in ta-
libus & abusum sacramentorum Christi nemo pro-
bare debet.

Vulgaris

IN CAPVT TERTIVM.

Contē Vulgaris autem est gloriatio & contentio, in
tio pro nostris sectis, quæ se in uno Christo continere non
auto= possunt pro Augustino, Hieronymo, deinde etiam
ribus. pro Thoma, Alberto &c. quasi uero præter uer-
bum Dei & Euangeliū Domini nostri Ihesu Chri-
sti, aliquam doctrinam, pro conscientijs siue ad sa-
lutem, ex ullo homine suscipere debeamus, Oues-
meæ, inquit Christus, uocem meam audient, Qui-
cunque hanc uocem Christi ad me attulerint, illos
audiam ut Christum. Nomina nihil moror, doctri-
nam audire uolo. Omnia probate quod iustum est
tenete.

Contē Magis uero ridicula & stulta est gloriatio, uti-
tio ri- nam non etiam impia, qua gloriantur alij de suo
dicula Francisco, alij de suo Dominico &c. alij de suis
indulgentijs & priuilegijs, & quisque de singula-
ribus aliquibus in cœlo patronis, quasi Christus non
sit mediator inter Deum & hominem, agnus Dei
qui tollit peccata mundi, non iudex, nisi ijs, qui non
credunt in eum.

Glor- Itaque qui gloriatur, in DOMINO glo-
andum rietur, qui solus factus est nobis a Deo sapi-
en Do entia, iusticia, sanctificatio & redemptio. Om-
mino. nia alia non sunt gloriatio nostra, sed potius
ministeria nostra in Christo. Sicut enim omnia
sunt

EPISTOLAE AD CORIN.

sunt subiecta Christo, ita omnia ad salutem ministrant nobis, qui sumus per fidem in Christo, Domini sumus omnium, non carnaliter sed in Christo.

Quid ergo gloriari in hominibus, quasi dominis nostris & saluatoribus nostris? Nam si sunt sinceri predicatori Euangelij, sunt ministri Christi & ministri nostri, seruiunt enim Christo & nobis, ministerio predicationis. Si autem sub specie Apostolorum agunt pseudapostolos, docentes pro Euangeliō opiniones & iusticias humanas, sunt ministri Satane transfigurati in angelos lucis. 2. Cor. 11.

Hanc ergo causam, nempe, quod sumus Domini omnium sub Christo, ideo non gloriandum in hominibus, qui sunt ministri nostri, & nos illorum, subiungit ita Paulus.

OMNIA NANQVE VESTRA SVNT.

Id est, sunt sub uobis, non supra uos, Nisi enim hoc manifeste uellet, non diceret postea. Vos autē Christi &c. Siue Paulus siue Apollos siue Cephas, quia ministri vestri sunt per predicationem Euangelij, ut dictum est, & paulo post rursum dicetur.

Ecclesia est domina, cui omnia sub Christo seruit. Ecclesia, quemadmodū eam descripsit Esaias cap. 60. Ergo sīa est Papa si habet ministerium Euangelij, est sub Ecclesia, domina Ecclesiae minister, non supra Ecclesiam, Si autem neq; non Euangelium nouit, neq; alijs permittit, sed persecutatur, & suis traditionibus tantum perturbat & oblitigat conscientias, quas Christus suo sanguine uoluit esse Papam.

IN CAP VT TERTIVM

liberas, quid Ecclesie Christi cum Antichristo? Non enim debet esse dominus Ecclesie sed minister, ut Paulus, ut Petrus, ut Apollos. Siquidem Ecclesia non habet supra se alium dominum, quam Christum, ut hic dicitur. Vos autem Christi.

De sacerdotali autem gladio, si extra Ecclesiam in mundum respicias, longe est alia ratio.

Meminerit ergo Papa, si uult esse, et dici Christianus episcopus, quod fundatum Christus ab Apostolis sanctis, in Ecclesia Apostolica positum est, et ad se pertinere, quemadmodum et ad alios Ecclesie doctores, hoc praeceptum. Unusquisque uideat quomodo superedificet, Exhibere debet omnibus uocem pastoris Christi, praeter hoc non habet quo obstringat conscientias aut soluat, quemadmodum dictum est a Christo. Ite in mundum uniuersum, et prædictate Euangeliū omni creaturæ. Qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit, qui uero non crediderit, condemnabitur. Audis ministros, audis quid faciant, audis Ecclesiam uniuersalem, audis absolutionem, audis ligationem.

Verum de fidelitate ministrorum infra dicetur, quamquam plus satis supra dictum.

Eccle- SIVE MUNDVS. Mundus est fidelium, sed sia est infideles hanc sententiam rident, uidentes nos a mundo contemni et premi. Quin et nos contemnimus ea, et propter Euangeliū, que mundus glorioſissima quia omnia dem promittit, sed uana, Utimur enim mundo tanquam

EPISTOLAE AD CORIN.

quam non uentes, scientes quod præterit habitus huius sunt fit
mundi. Quicquid est bonorum & malorum in mundo deliu-
do, seruit nobis ad salutem. sed nō

Non sunt domini in mundo, qui sua sapientia se secun-
perdunt, thesaurizant, & ignorant cui congregant dum
cam, malis conscientijs uiuunt & moriuntur, ut cunq; impie= tatem
interim in malicijs suis aut studijs gaudere uideantur, tamen
aut qui suas conscientias mundana iusticia uexant, tre Mun= pidantes
nsciant quando non sic edunt, non sic uestiunt &c. tzena
nesciunt in quo placeant Deo, & in quo displiceant, norum
miserrimi homines absq; omni spiritus iudicio, absor= et Ana= pti
pti in doctrinis dæmoniorum. bapti=

Sed potius ueri Christiani sunt domini in mundo, starū,
atq; adeo domini mundi, in Christo, cui omnia subie= raptio= ta
ta sunt. Pacatis enim, per fidem in Christum, agunt rum et
conscientijs, nihil sua sapientia, iusticia, aut uiribus fit seditio= si.
Hinc contenti sunt præsentibus, gratias agentes Deo forum
de inenarrabili dono gratiae suæ, & de omnibus be= non
neficijs acceptis, etiam corporalibus, & committentes Christi
omnia manibus optimi patris Dei. anorū,

Si quid peccati quandoq; premit, certo credunt & Tonus
habent remissionem peccatorum in Christo. Si quid tamen
aduersi accedit propter iusticiam, sciunt se beatos, & mūdus
orant redemptorem Deum, Libera nos a malo. Si ten= ridet
tantur, conqueruntur illi, qui exaudit quotquot inuo hanc
cant eum. Horrenda quidem sepe patiuntur, ita ut senten
quidam nonnunquam apud se se desperare sibi uideantur,
sed non desperant apud Deum, per quem deside=

IN CAPVT TERTIV M^e

rant liberari. Quicquid interim peccant in tentatione,
quicquid interim fragilitatis adest, & diffidentiae ob-
repit, ubi resipiscunt, sciunt sibi condonari.

Hi libere possident res huius mundi, quia credunt
se ex manu patris accepisse, & facilius quam alijs fe-
runt illarum amissionem, quia præsentibus utebantur
quidem, sed non confidebant. Breuiter, scientes in quo
Deo patri placeant, & in quo displiceant, liberrimis
conscientijs hoc mundo utuntur, ut suo, Potius uolunt
gloriosa morte contra mundum triumphare pro E-
uangelio, quam ut finant sibi dominari mundum con-
tra Euangeliū.

Vnde fit, ut maxime ridiculum sit ipsorum consci-
entij, iusticiam aut salutem querere in mundi rebus,
in esu, potu, uestitu, cœlibatu et alijs obseruationibus,
nobis Dei uerbo non commendatis, quibus negatur dei
misericordia et sanguis Iesu Christi, Si enim mūdus est
noster, in Christo, cui subiecta sunt omnia, etiā oves,
boves, uolucres cœli & pisces maris, Domini enim est
terra & plenitudo eius, cur non rebus mundi libere
utamur? cur sequamur doctrinas dæmoniorum, in tñ
libus querendam esse iusticiam docentium? si enim,
ut ait Paulus Col. 2. mortui estis cum Christo ab ele-
mentis mundi, quid quasi uiuentes in mundo decrevis-
tenemini?

Nonne tales Christiani mundum uerius possident,
etiam nihil habentes, quam illi qui maxime possidere
sidentur? Bonis mundi utuntur cum gratiarum actis
onib[us]

EPISTOLAE AD CORIN.

one, mala mundi seruiunt eis in salutem. Hoc est quod Christus dixit. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram, Et Psalmus. Spera in Domino & fac bonitatem, In habita terram & pascere fide, Qui malignantur exterminabuntur, expectantes autem Dominum, ipsi hereditabunt terram, Et adhuc pusillum, & non erit impius, & respicies locum eius & non erit ibi. Afflicti autem hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Quia benedicti ab eo hereditabunt terram, maledicti autem ab eo exterminabuntur. Declina a malo et fac bonum, & in habita in seculum seculi, Iusti hereditabunt terram, & in habitabunt in seculum seculi super eam. Expecta Dominum, & custodi uiam eius, & exaltabit te, ut hereditate capias terram, cum exterminabuntur, id est, extra terram ejicientur impij, videbis. Vidi impium potentem, & qui radices egerat ut laurus uiridis, Et transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & nusquam inueniebatur &c.

Regnent impij, quando Deus ita uult, in nostram salutem, super capita nostra, feramus interim manum benigni patris, et sinamus nos a mundo, qui est seruus noster, condemnari, Paulo post tyranni, heretici & persecutores nostri peribunt, & declarabuntur id esse quod sunt, & reuelabitur iusticia nostra, prædicabitur, scribetur, cantabitur, In memoria eterna erit iustus, & apud Deum & apud homines. Impij stercus erunt, & dicetur uel stultos fuisse, uel indignos quos terra ferret.

IN CAPVT. III.

Nunc itaq; mundus noster est, sed hoc felicius multo uidebimus post nouissimam resurrectionem, quando & coelum & terram, sed nouam, possidebimus absq; metu & periculo, deturbatis impijs & Satana in ignem aeternum, Amen.

Eadem sententia psalmi sic dicitur Prover. 2. Ambula in via bona, & viam iustorum obserua, Qui enim recti sunt habitabunt in terra, & probi permanebunt in ea. Impij uero de terra extirpabuntur, et funditus delebuntur, quotquot contemnunt Deum.

Verum his sententijs seditiosi nuper rustici, & spictriuos suis prædicatoribus male persuasi, impie abusi sunt, uolentes abolere magistratus, ut postea tyrannum rusticorum sustineremus. Ignorabant enim non seditiosorum sed mitium esse terram sive mundum, qui etiam mundi mala tolerando domini sunt mundi, & bonis ac sanctis conscientijs libere utuntur omnibus, quæ eis in mundo dat Deus. Illi autem non Deum dantem respexerunt, sed ipsi dare sibi sua seditione uoluerunt, & quod Deus suis electis promisit, se praestiturum, ipsi rapinis & homicidio sibi praestare uoluerunt, non ergo has Dei promissiones sed rapinas, & abolitionem magistratus, id est, Dei ordinationis, meditabantur, sub specie uerbi Dei, contra secundum preceptum, iecircum pericrunt. Nam qui gladium accepit gladio peribit, & qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resisterint, sibi ipsis damnationem accipient.

Ministri

EPISTOLAE AD CORIN.

Ministri Dei sunt magistratus, & cuncti nobis seruunt, qui sumus populus Dei. Nam si boni sunt, pro nobis sunt, et recte sua utuntur potestate, si tyranni sunt, Deus iudicabit illos, & hic & in futuro, nobis autem ad salutem prædestinatus quidem possunt, obesse non possunt. Conscientiae per Christum liberatae sunt, nullis humeris viribus, aut legibus, aut creaturis obstringi possunt.

Iccircum obedimus propter Deum libere magistratu*m*, & bene utimur magistratu*m*, siue bono siue malo, est enim noster, sicut & totus mundus. Mala ferimus, quia ita Deo placet, pro bonis gratias agimus, quia agnoscimus patrem datorum.

Omnibus que ex manu Dei accipimus libere utimur, etiam carnibus serua sexta, etiam uxoribus contra doctrinas demoniorum &c.

Mundus quidem nos premit, & persequitur per Vera tyrannos, sed iniuste, quia est noster, & nos non sumus liberi illius, hoc scimus, ecce libertatem nostram. Per charitatem seruimus omnibus, & sustinemus omnia, ecce rursum libertatem nostram, etiam in seruitute. Coram Deo solum Christum dominum habemus, reliqua omnia sunt nostra & nobis seruunt, etiam dum alijs libenter obedimus et seruimus, etiam dum malis premimur.

Propter dominum meum Iesum Christum obedio dominis carnalibus, sustineo tyrannos, seruo fratribus, fero aliorum infirmitates. Contra Christum uero & libertatem conscientiae meæ, quam habeo per Christum

IN CAPVT. III.

Christum dominum nostrum, nulli obstrictus sum cre-
aturæ. Hoc est mundum esse nostrum, talem in Christo
libertatem, de mundo & omnibus mundi rebus, habe-
re, Hoc solum est dominari in mundo, etiam si sis pau-
perrimus & afflictissimus.

Qui hanc non habent spiritus libertatem, sunt mis-
serrima mundi mancipia, etiam si florere uideantur
opibus, dignitate, honore, fauore &c. de quibus pro-
nunciat psalmus. 48. Sicut oves in inferno positi sunt
&c. Omnia quæsierunt, & quod solum querendum
erat, nempe ut redempti, placatum haberent Deum,
contempserunt, icciroo ut pecora moriuntur, & re-
linquunt alijs suas opes & gloriam. Cum extermina-
buntur impij, uidebis. Nihil nos potest a diligente nos
Deo separare, Rom. 8.

SIVE VITA SIVE MORS. Sic etiam
Rom. 14. Siue uiuimus siue morimur Domini sumus,
Christo uiuimus, Christo morimur. Vita est nostra, id
est, seruit nobis in salutem, & mors nostra preciosa
est in conspectu Dei, seruitq; ita nobis, ut mittat nos
in æternam uitam. Dum uiuimus operibus nostris &
prædicationibus et afflictionibus confitemur Christum
& seruimus alijs, in gloriam Christi & Euangeliij
eius, secundum illud. Videant opera uestra bona, &
glorificant patrem uestrum qui in cœlis est.

Neq; uitæ neq; morti alligati sumus, non enim no-
bis imperare debent, ut siue uiuendum siue morien-
dum sit, aliquid uel propter uitâ uel propter mortem
committan-

EPISTOLAE AD CORIN.

committamus, quod sit contra Dominum nostrū Christum, & libertatem conscientiæ nostre, quam habemus in Christo. Non uita est mea domina, neq; mors est mea domina, ut conscientiæ meæ noceant, sed ego impero illis in Christo, ad eius gloriam.

Qui itaq; liber est in uita, & liber in morte, quando quæso non est liber? Quid illum alligabis hominibus, qui ab omnibus liber est? De conscientia rursum loquor, ne seditiosi putent me loqui contra magistratum.

SIVE PRAESENTIA SIVE F V T V.
R A. Quicquid iam adest, siue lœtum siue triste, & quicquid uenturum est, siue in hac uita siue in futura uita, omnia nostra sunt, Stulti ergo sunt, qui suas conscientias alligant hominibus siue hominum autoritati, quando liberos in Christo, nullus obstringere potest. Quid fortius contra sectas, & contra traditiones humanas dici potuisset?

Igitur qui constituuntur in Ecclesia, id est, in regno Christi (nam de gladij potestate, in regno mundi, nunc nihil dico) ut præsent nobis, non sint conscientiarum tyranni, sed seruiant nobis prædicatio-ne, & doctrina uerbi Dei, quemadmodum Christus dixit, Vos autem non sic, sed qui uoluerit inter uos maior esse, sit uester minister, quemadmodum ego in medio uestrum sum, non sicut qui dominatur, sed sicut qui ministrat.

Pudeat ministros uelle dominari, quando Dominus

IN CAPVT TERTIVM.

ipse ministrat, & suo exemplo ministrare iubet. Pue-
deat & nos, quod relicta Christi doctrina, ex homi-
num pendemus autoritate, quia sequitur.

Hunc VOS AVTEM CHRISTI. Qui uos af-
audiā seruit suo sanguine, De hoc dixit pater. Hunc audite,
te. In rebus salutis & in conscientijs nostris, nemo de-
bet nobis precipere, nemo dominari, nemo aliquid
præscribere, nisi solus dominus noster Iesus Christus,
qui solus nouit uoluntatem patris, ipse nobis patrem
enarrauit, qui est in sinu patris, Patrem nemo nouit
nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare, Nostra sapi-
entia & nostrum liberum arbitrium, ad talia, id est,
ad patrem cognoscendum, siue ad hoc, ut cognoscam
siue credam Dcūm esse patrem meum, sunt nihil &
mera insania.

In lega-
tis Do-
minus
corum
audi-
tur.
Ergo, aīs, uidetur, quod ministris Ecclesiæ non sit
obediendum, sed soli Christo, Stultum hoc est, & istis
inceptijs, nos aduersarij Euangeliū calumniantur.
Quasi uero quando doceo solius principis esse mandato
obediendum, prohibeam audiendos, qui mandatum
a principe habent, id est, legatos eius.

Qui eliguntur in ministros Ecclesiæ, & legatos
Christi, non nebulones agant, sed fideles legatos, id
est, nihil aliud nuncient nobis, quam quod a Christo
acceperunt, & ita obediare nos eis oportebit tanquam
Christo, quia non eorum doctrinam audimus, sed uo-
cem pastoris nostri Christi in eis, Hoc est, nobis præci-
pit scripture, non de ociosis nostris legislatoribus, sed
de uerbi

EPISTOLAE AD CORIN.

de uerbi prædicatoribus, Heb. 13. Memorcs estote eorum qui præsunt uobis, qui locuti sunt uobis sermonem Dei, quorum imitemini fidem, considerantes qui fuerit exitus conuersationis illorum, Parete eis qui præsunt uobis & concedite, siquidem illi uigilant pro animabus uestris, tanquam ratione reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes, nam id est inutile uobis.

Audiam itaq; ministros Christi, quando audio in eis uocem Christi, Non audiam uero, quando subspecto ministrorum Christi, agunt ministros Satane, & pro doctrina Christi adducunt doctrinas dæmoniorum, Nam ministri mei debent esse, non seductores, Non sunt domini mei, ut cedam illorum autoritati, quia ego sum Christi. Precio empti estis, nolite seruificari hominum, ait Paulus. 1. Cor. 7.

Fœlix qui intelligit istam suæ conscientiæ libertatem, & hanc suam in Christo domino gloriam. Soli Christo conscientiarum sanctificatori, conscientie Christianorum subditæ sunt.

CHRISTVS AVTEM DEI. Aduerte tres ordines in regno Dei, quod est ecclesia. In infimo nos sumus, id est, fideles, In summo Deus, In medio Christus, Hic solus est Deus & homo, non Maria, Paulus, Antonius &c. Iccirco solus inter Deum & hominem mediator est, & nos Deo conciliat, quemadmodum &c. 1. Tim. 2. Paulus ait, Unus Deus est, unus est etiam mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, dedit

IN CAPVT TERTIVM.

qui dedit semet ipsum premium redemptionis pro omnibus, qui (ut dicitur Rom. 8.) est in dextera patris & interpellat pro nobis, quem iustum (ut Ioannes ait) habemus apud patrem aduocatum &c.

Cur ergo nos quesuimus alios mediatores & patronos apud Deum, qui nobis reconciliarent Christum, hoc est, ipsum reconciliatorem? quasi uero aut in celo, aut in terra, sit ullus sanctus, qui nos plus diligat atque Christus, quemadmodum ipse dixit. Maiores rem charitatem nemo habet &c. Solius Christi merito saluamur per Euangelium. Autoritati, & doctrinis, & meritis, & libero arbitrio hominum, nostra fides hic nihil refert acceptum. Hinc rursum fit, ut non gloriemur in hominibus, sed in Christo, & per Christum in Deo. De ministerio autem sequitur.

CAPVT QVARTVM.



Obheret cum precedentibus. Ergo ait, Apostoli & predicatorum contemnendi sunt. Non, inquit, hoc dico, nisi uelis contemnere Dei uerbum, cuius ipsi ministri sunt. Nam ante dixi. Quis est Paulus? quis Apollo? nisi ministri, per quos credidistis, & ut cuique Dominus dedit &c.

Myste-
ria dei Suscipiendi itaque sunt ut ministri Christi, ut legati sunt summi regis Dei, ut oeconomici siue dispensatores maxi-
Euan- mi thezauri, id est, ut dicit, mysteriorum Dei, que ni-
geliū. bil aliud

EPISTOLAE AD CORIN.

hil aliud sunt quam Euangelium glorie Dei, mundo
incognitum, nisi missis præparatoribus a Deo homini-
bus reueletur, ita supra dixit cap. 3. Loquimur sapien-
tiam in mysterio absconditam, loquimur quæ oculus
non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascen-
derunt &c. Et ad Roma. ult. Secundum Euangelium
meum & præconium Iesu Christi, iuxta reuelationem
mysterij, temporibus æternis taciti, manifestati uero
nunc, & per scripturas propheticas iuxta delegatio-
nem æterni Dei, in obedientiam fidei, in omnes gen-
tes patefacti. Et ad Ephe. 3. Audistis dispensationem
gratiae Dei, quæ data est mihi in uos, quod secundum
reuelationem notum mihi fecit mysterium Christi, quod
in alijs atratribus non innotuit filiis hominum, quem-
admodum nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius
& prophetis per spiritum, quod gentes sunt coher-
des, et eiusdem corporis, consortesq; promissionis eius
in Christo, per Euangelium, cuius ego factus sum mini-
ster, secundum donum gratiae Dei, quod datum est mihi
secundum efficaciam potentie illius. Mihi minimo
omnium sanctorum data est gratia hec, ut inter gen-
tes euangelizem imperuestigabiles diuitias Christi, et
in lucem proferam omnibus, quæ sit communio myste-
rij, quod erat absconditum a sæculis in Deo, qui uni-
uersa condidit per Iesum Christum, ut notum fiat nūc
principatibus, ac potestatibus in coelestibus, per Eccle-
siam, uehementer uaria sapientia Dei, secundum præ-
finitionem sæculorum, quam fecit in Christo Iesu Do-

IN CAPVT QVARTVM

M^un^o nostro, per quem habemus audaciam & aditum
cum fiducia, quae est per fidem illius, lege in secunda
Epistola ad Cor. cap. 3. & 4. de ministerio spiritus, ut
uideas dispensationem mysteriorum Dei.

Con^m temp*ti* Vbi addit. Portamus autem istum thesaurum in
& mun*do* m*is*tr*i* uasis fictilibus &c. id est, nulla specie potentie, elo-
quentiae, diuitiarum, obseruantiarum, siue gloriosar-
rum coram mundo ceremoniarum commendati, sed
uerbi. potius exules, despecti, inopes, tribulati & sub cruce
pressi, quemadmodum supra dixit cap. 2. Et ego per
infirmitatem & cum timore ac tremore multo apud
uos uersatus sum &c. Et ad Gal. 4. Nostis quod per
infirmitatem carnis euangelizauerim uobis prius, &
experimentum mei, quod in carne erat, non esitis
aspernati neq; respuistis, sed me uelut angelum Dei su-
scipistis, uelut Christum Iesum.

Si itaq; aliquis intenderit in speciem, & secundum
sapientiam carnis iudicauerit de nobis, hoc est secun-
dum iudicium mundi, fallitur, & contemnet preocio-
sum thezaurum, quem prædicatione Euangeli distri-
buimus, qui sub despecta specie in nobis portatur, se-
cundum delegationem Dei ad gloriam ipsius.

Non gloriamur de nobis, non aliqua specie uendi-
tam^s nos mundo, simus interim qui sumus, iudicent
alij de nobis ut uelint, In hoc solo gloriamur coram
mundo, ex hoc solo uolumus aestimari, quod sumus mi-
nistri Christi, prædicatione Euangeli eius, ad salutem
multorum, Legatione Christi fungimur, prodeesse ho-
minibus

EPISTOLAE AD CORIN.

minibus querimus, non ut nostra lucra sectemur, aut
tyrannidem exerceamus. Dispensatores sacri Euangeli
sumus, unde credentes iustificantur, filij Dei fi-
unt, ut postulent a patre que uolunt, & habeant ui-
tam eternam, eruditi in omni sapientia & cognitio-
ne spirituali.

Propter hoc solum ministerium, siue dispensatio-
nem horum misteriorum Dei, suscipiendi & suspici-
endi sumus ut maximi, ad gloriam Christi & ad sui
sapientium salutem, Si autem hoc unum nobis absfue-
rit, simus nihil, abijciamur ut seductores.

Verum pseudo apostoli, pseudoprophete, phari-
sei, Episcopi Laruati, & hodie iusticiarum uulgas, Sedu-
mundana specie, & ficta religione, & excoxitatis glorio
mysterijs & ceremonijs sese uendant, interim tamen si mun-
sub ista gloria specie, non thesaurum & dispensa- do.
tionem Euangeli portant, sed humanas doctrinas, me-
ra mendacia & uentris atq; glorie studia, inflati qua-
si religione angelorum, & iactantes sapientiam ma-
gnam & sanctitatem, id est, ut Paulus ait Collos. 2.e.
que non uiderunt, nescientes, ut alibi ait, de quibus
affirmant.

Et quales ipsi sunt, tales faciunt & suos discipu-
los siue auditores, hoc, est inflatos & contemptores
sanæ doctrinæ, sub specie tamen humilitatis. Non inue-
nies magis obstinatos, plus sibi sapere uidentur quam
omnes Apostoli & prophetæ, etiam si sint uel rudes
sini, uel sua ipsorum sapientia excæcati, id quod est
proprium

IN CAPVT QUARTVM

proprium uel maxime omnium hereticorum, quod
hodie plus satis uidemus in Euangelijs aduersarijs, qui
dolent Christi iusticiam prædicari, & in illis, qui sae-
cramenta Christi non sinunt nobis integra, secundum
Christi institutionem. Expedit magis (ait Salomon) oca-
currere ursæ raptis fœtibus, quam stulto confidenti in
stulticia sua. Et si contuderis stultum in mortariolo, tamen
men non auferes ab eo stultiam ipsius.

Ex fru-
etibus
corum
&c.
Vulgus decipi uult, Non enim intendit in fructum
ministrorum, siue in dispensationem, num bona uel
mala sit, sed in uestimenta eorum, id est, in speciem,
contra præceptum Domini. Attendite, inquit, a pseu-
doprophetis, qui ueniuunt ad uos in uestimentis ouia-
rum, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, ex fructibus
eorum cognoscetis eos, non ex uestimentis.

Fructus uerorum prædicatorum est, quod seruiunt
Deo ad salutem multorum, fideli ministerio uerbi, siue
dispensatione mysteriorum Dei. Fructus autem falso-
rum prædicatorum est, quod seruiunt sibi, in perdi-
tionem multorum, prædicatione sui erroris & somnis
orum humanorum, interim tamen mentientes, sua mens-
dacia esse uerbum Dei, & ipfissimam ueritatem, ex
quo fructu, id est blasphemia, Christiani, uerbo Dei in
fide instructi, debent eos cognoscere, esse non prophe-
tas, sed pseudoprophetas, id est, seductores.

Ex his omnibus uides, cur Paulus prædicatores
ex ministerio aestimari uelit, quid enim ad me, quod
aliquis uidetur sanctus, sapiens, eloquens, ieiunans,
si per

EPISTOLÆ AD CORIN.

Si per h.e.c suos mihi commendare uult errores ? Satis
his laruis seducti sumus , uerbum Dei in ministris re=
quirendum est, quemadmodum etiam sequitur.

HIC I AM Q V A E R I T V R I N D I S P E N Calum
SATORIBVS &c. In Paulo alia requirebant niae in
aduersarij prædicationis eius , nempe hec, ut uidere Paulū
licet, ex nono capite huius Epistole, & ex Epistola ad & pre
Gala. Paulus non est conuersatus cū Christo in terris, dicato
ut alij Apostoli, ergo similem fidem non debet habere res.
eius prædicatio, atq; habet prædicatio aliorum apo=
stolorū, Nam ipse sibi est conscius, quod alijs multo in
ferior est, non enim accipit a Corinthijs iuctum , quē
tamen iure alij a suis discipulis accipiunt, Non audet
uxorem apud se habere , cum tamen alij habeant.
Quid, quod ipse fuit Ecclesiæ persecutor? Quid, quod
ipse damnat iusticias legis , quas Apostoli alij adhuc
in Iudea obseruant? &c.

Quemadmodum & hodie aduersarij Euangelij,
& sepe falsi nostri fratres, siue Euangelici , meras nu=
gias in nobis requirunt, & nescio quam sanctitatem,
etiam si nihil faciamus contra Dei uerbum , & calu=
miniantur optima nostra, nec mirum, quod nos disipli=
cemus illis, quibus displicet ministerium nostrum.

Quod autem uel solum, in Apostolis & prædica=
toribus Euangelij requirendum est, hoc non requiri ut,
nempe ut fideles inueniantur in ministerio suo siue di=
spensatione , non annunciantes aut curantes aliud,
quam quod mandatum est ipsis a Domino , ut fideles

A a legati

IN CAPVT QVARTVM

legati, de quibus Christus ait. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram, quemadmodum & Paulus ait. 2 Cor. 5. nomine Christi legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, rogamus pro Christo, reconciliemini Deo.

Nostri Episcopi iactitant se esse legatos Christi, sed quo officio? Primum enim ne legatos quidem agunt, quia non predicant, immo ueri Antichristi, Christi predicatores prohibent, condemnant, persecutuntur. Deinde ut maxime legatos dixeris, tamen infideles esse, iam nemo fidelium ignorat. Siquidem non dispensant mysteria Dei, quemadmodum dictum est predicatoribus, predicate Euangeliū omni creatura, quomodo dispensarent quae non habent aut cognoscunt? Pro his uero ut infideles legati, iudicio domini sui damnati, obtrudunt nobis humanas traditiones, sua statuta, sanctorum cultum, indulgentias, sacramenti abusum, & religiones excogitatas, id est, meras ab Euangeliō & iusticia Dei seductiones, & conscientiarum laqueos infinitos.

Verum de fidelitate ministrorum Christi, id est, doctorum siue predicatorum, satis supra dictum est, cum tractabamus illud, unusquisq; uideat quomodo superaedificet &c.

Cōsciētia prædicatoris MIHI VERO &c. Quid hic dicemus? Si iudicium hominum contemnendum est, ut Paulus hic uidetur contemnere, quid homines de se sentiant, ergo probabimus

EPISTOLAE AD CORIN.

probabimus illos, qui cum uelint haberi pro Christia-
nis, aut pro prædicatoribus, agunt meros nebulones,
scortatores, adulteros, mendaces, ebriosos, iactatores,
&c. & cum ista scandala accusantur, respondent,
Mihi pro minimo est &c.

Respondeo, Nequaquam hinc habent illi exem-
plum. Nam Paulus addit, Nullus rei mihi conscius
sum, id quod illi dicere non possunt, nimisrum suorum
scelerum sibi maxime conscientij. Et Petrus iubet nos pa-
ti, non ut malefactores. Nomen enim bonum melius est
quam ungenta preciosa, ut ait Salomon.

Hoc autem uult Paulus, Cum prædicator hac fidu-
cia prædicat, quod scit sibi dispensationem esse credi-
tam, & fideliter dispensat mysteria Dei, nihil sibi con-
sciens criminum, ob quæ possit eius ministerium conte-
nni, pergit in nomine Domini, nihil curans calumniæ
maleuolorum, qui sua insanis sibi ipsis exitio sunt.

Beati es sis, ait Christus, cum maledixerint uobis
homines, & dixerint omne malum aduersum uos
mentientes propter me. Mentientes inquit, & propter
me. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra co-
piosa est in cœlo. Sic enim persecuti sum & prophe-
tas, qui fuerunt ante uos. Sic & Petrus admonet. Con-
scientiam habete bonam, ut in hoc quod uobis detra-
hant, tanquam scelerosis, pudeant hi, qui incessum
uestram bonam in Christo conuersationem, Prestat
enim, ut bene agentes, si ita uelit Dei uoluntas, malis
afficiamini, quam male facientes.

IN CAPVT QVARTVM

Non itaq; relinquamus nostrum officium propter calumniatores, erit quando nostra iusticia palam fiet, & illorum nequitia, quemadmodum Christus ait, Nihil occultum quod non reuelabitur, neq; absconditum quod non scietur.

Hac fiducia Paulus etiam in secunda Epistola scribit Corinthiis. Spero quod usq; ad finem agnoscetis, quemadmodum & agnouisti nos ex parte &c. Nam gloriatio nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae, quod cum simplicitate & sinceritate Dei, non in sapientia carnali, sed per gratiam Dei, conuersati fuerimus in mundo, abundantius autem erga uos &c.

Summa summarum, Prædicatione uerbi serui hominibus, non uiue contra uerbum Dei, & contemne calumnias. Quotquot enim uolunt pie uiuere in Christo persecutionem patientur. Iudicatores nostri, festue cis nostris, si que forte sunt, indignantur, trabem uero ipso in oculo suo non uident. Indigni sunt propter quos doleas, nisi forte ut det eis Deus, pro spiritu compunctionis & inuidie, spiritum resipiscentie, in synce salutem.

AVT AB HVMANO IUDICIO. Su
nistri præ, Spirituialis homo a nemine dijudicatur. Caro ut a mun perperam iudicat de Euangelio, ita & de Euangelijs do non ministris. Alter iudicant qui fide illuminati sunt. Sic cognos Christus de spiritu sancto ait. Quem mundus non potest accipere, quia non uidet eum, nec nouit eum, uos cùtur.

autem

EPISTOLAE AD CORIN.
autem cognoscetis eum, quia apud uos manebit & in
uobis erit.

Aduerte, quod græce legitur, Aut ab huma-
no die, nimirum phrasij & figura scripturæ, que Dies
nonnunquam diem pro iudicio sive cognitione acci- supra.
pit. Quemadmodum Hieremias dixit cap. 17. Ego non
sum turbatus te pastorem sequens, & diem hominis
non desiderau. Forte Paulus in hac Prophetæ uerba
respxxit, quando ista scripsit. Sententia quidem recti-
sime reddita est, si legimus, Ab humano iudicio, sed
ad intelligendas alias scripturas, prestaret hoc loco
figuram reliquise, maxime propter locum qui pre-
cessit. Dies declarabit &c.

IMO NEC &c. Egregius locus, quod ut Ne no
non fidere oportet hominum iudicio, de nobis bene stro
& sentientium & prædicantium, ita neq; proprio iu- quidē
dicio. Non enim sumus propterea iusti, quod nihil su- iudi-
mus nobis conscijs. Delicta enim quis intelligit & sed cito no
propterea quod credimus remissionem peccatorum bis si= per Christum, Hæc fides nos iustificat. Conscientiam den= quidem bonam habere debemus, ut & opera bona, dum.
sed ei fidere non oportet, ut perpetuo nihil aliud
quam gratiam Dei in nobis agnoscamus, quemadmo= dum supra diximus de conscientia & intentione
bona &c.

Nos olim iustificatos nos arbitrabamus, per hoc,
quod omnia peccata dixeramus confessori (ut uocant)
non conscijs nobis, quod aliquid tacuissimus, & quod

IN CAPVT QVARTVM

promiseramus pro peccatis satisfactionem. Que erat
h.ec fiducia? qua tamen accedebamus ad sacramen-
tum, ubi hic erat Christus? Confessionem laudamus
quidem, sed satisfactio illa, & fiducia impia, fiduciam
in gratiam Dei per Christum ignorat. Nihil quidem
mibi sum conscius, ait gratiae prece, sed in hoc non iu-
stificatus sum.

Iudicatores. CAETERVM QVI&c. Ro.14. Tu quis
es qui iudicas de alieno seruo? Proprio domino stat-
ut cadit. Omnes statuemur apud tribunal Christi,
ubi unusquisq; nostrum de seipso rationem reddet
Deo. Et Christus prohibet iudicare. Quid faciunt iu-
dicatores, suam trabem in oculo non uidentes? nihil
aliud quam summam iniuriam Deo, tanto magis im-
pij quanto plus sibi arrogant sanctitatis. Si quidem do-
minus Christum, qui constitutus est iudex uiuorum et
mortuorum, e sede sua exturbare conantur, ut ipsi iu-
dices sedeant, sed non impune studebunt isti sue im-
pietati. Veniet enim quandoq; dies iudicij domini
Christi, quando nos non erimus, quemadmodum nos
nunc depingunt, neq; illi erunt quod nunc se esse fin-
gunt. Tunc in lucem uenient cogitationes & consilia
cordium.

Nunc pseudo apostoli, et uerbi Dei cauponatores,
& quotquot a sincero uerbo Dei recedunt, clamant.
Salutem hominū querimus, ueritatem tuemur, sed tunc
patefiant consilia cordium, & quisq; suam laude inue-
nit apud Deum. Non prodest nobis quod commenda-
mur ab

EPISTOLAE AD CORIN.

*mur ab alijs, uel a nobis ipsis, sed quem Deus com-
mendat ille probatus est.*

*Quod Christiani ueri, iudicium illud futurum, se-
cura conscientia (quia credunt remissionem pecca-
torum in Christo) expectant supra diximus, capite. I.
Expectantes &c.*

H A E C A V T E M F R A T R E S. Quid his
uerbis uelit Paulus indicaui, cap. I. Ego quidem sum
Pauli &c. nempe, aperit se figurate admonuisse, ne
gloriarentur de nomine Pauli & Apollo, ut intellige-
rent de nullo nomine gloriandum, quando de nominis
bonorum prædicatorum non uult eos gloriari.
Nam interim apud Corinthios pro Paulo, Cepha &
Apollo non erat contentio, sed pro pseudoapostolis,
qui uarias sectas suscitabant, & discipuli quisq; pro
suo magistro contendebant, sed illorum nominibus par-
cit, ut illic diximus.

S V P R A id quod scriptum est. Scilicet ante, in hac
Epistola, ne putas hic aliam aliquam scripturam citari
a Paulo. Scriptum est ante, quod qui gloriatur in
Domino glorietur non in hominibus, & quisq; prestat
fidele ministerium in ijs, que agnoscit sibi a Domino
mandata, De se quisq; sentiat secundum donum &
ministerium datum, ne negligat, ne abutatur Rom. 12.
Sapere ad sobrietatem.

I N F L E M I N I. Vno uerbo propriissime indi- Inflati
cauit, quid faciat Satan in sectis a synereo Christi E- Col. 2.
uangelio & uerbo deficientibus, id quod uidimus in

A a 4 sectis.

IN CAP VT IIII.

sectis monachorum, in sectis scholastice Theologie, in sectis omnium hereticorum, Hodie nulli sic exar- dent contra nos, qui syncere Euangelium Christi pre- dicamus, quam illi falsi fratres, qui recedunt a nobis, qui uel sola defectione statim fiunt nobis sapientiores, sanctiores &c. non quiescunt, donec inueniant ali- quam inceptam opinionem, qua se uenditent contra nos alijs, & discipulos post se trahant, non sic Satan fu- rit in nos atq; illi cum suis discipulis. Pro eo, ut me di- ligenter detrahebant mihi, ego autem oro.

Non potuisse sperare tantum malicie, tantū odij implacabilis, in quibusdam hominibus, de quibus nos bene meriti sumus. A Satana inflantur, inflatos red- dunt discipulos, sed hanc poenam secū quoq; ferunt, excæcantur, ut ne conuicti quidem, ab errore redire uelint, quid faciendum? Post unam & alteram admo- nitionem deuita.

QVIS ENIM TE DIVIDICAT. Id est, discernit ab alijs: hoc est, quis te reddet certiorem, quod tu sis melior alijs, ut possis esse iudicator & damnator aliorum, etiam illorum, qui gerunt apo- stolatum Christi uerum, qui syncere dispensant my= steria Dei, id est, prædicant Euangelium, & ita incul- pate agunt, ut sibi nullius sint conscijs criminis aut per- uerstatis?

De singulari aliquo dono spiritus te iactitas forte, quod uel non habes & impudenter mentiris, uel ha- bes & abuteris despiciendo alios, quibus per illud seruire

EPISTOLAE AD CORIN.

seruire debebas, ut infra dicitur cap. 12. & 14. Verum quid habes quod non sit tibi datum a Deo? Impius & ingratus es, si gratias non agis, si datum non agnoscis, accusandus ut infidelis seruus, si per hoc alijs non seruis, quemadmodum & Christus docet de seruo infidelis.

Potieribus donis non constituit nos Christus alio- Donis rum dominos, sed seruos. Vnicuique enim datur manus serui festatio spiritus ad utilitatem, scilicet Ecclesie, ut in sumus alijs inueniam, quod mihi seorsum non est datum. Per aliorum egregia itaque dona seruendi materia nobis data est, non domini.

Sed inflati non possunt aliud, quam alios praese contemnere, in primis illos quos habuerunt praecatores, multo se meliores. Sic contemnebant quidam apud Corinthios Paulum. Sic quidam apud nos Lutherum, sed cæcitate percusso a Deo, non solum spiritus uidet, sed etiam ex parte caro & mundus.

I AM SATVRATI. Hoc loco graui & occidit Ironia piosa ironia, irridet & percutit Corinthiorum seductores, & suos calumniatores, & quotquot adhaerent eis, Erant enim multi seducti, qui falso persuasi, casti existimabant se iam omnia asecutos, multo melius gatis. quam Paulus, quemadmodum semper fit per illos, qui seducunt & seducuntur a simplicitate sincerae ueritatis Euangeli Christi, Inflatio non potest eis abesse.

Illos itaque sic inuidit, sine dubio tristis & iratus.

A a 5 I am sat

IN CAPVT QVARTVM

Iam saturati estis, id est, fastiditis cibum, hoc est, Euangelium nostrum, suspicientes alia apud pseudoapostolos.

Fasti= Nihil magis unquam nocuit Ecclesiae Christi, quād
dium fastidium uerbi, post quod sequitur statim pruritus
uerbi. aurium, ut libenter audias noua, unde fit ut suscipiantur errores, sub nomine uerbi Dei, etiam a doctissimis. Sciat ergo se esse in grauissimo salutis periculo, cui iam non sapit uerbum ut ante, qui incipit fastidire uerbum.

Alij fame moriuntur, quod cibum. i. uerbum non
habent, At quid prodest his habere cibum. i. uerbum
abunde, cum fastidente sint stomacho, & edere non
possint, quando eis eque atq; illis moriendum est
quemadmodum in Psalmo dicitur. Omnem escam
abomunata est anima eorum, & appropinquauerunt
usq; ad portas mortis. Cui hoc accedit, ucreor autem
accidere multis, faciat quod in Psalmo sequitur. Et
clamauerunt ad Dominum &c.

His singulis, hoc loco, antithesi opponendum est
uerbum Pauli, & uerorum Christianorum, hoc modo.
Vos iam saturati estis, ditati estis, regnatis. Nos ad
huc esurimus & sitimus iustitiam, non arbitramur
nos apprehendisse, sed sequimur &c. Philip iii. Hanc
antithesim exprimit Pāulus clarissim in sequentibus,
& hoc loco significat cum dicit. Sine nobis regnatis. i.
nobis nondum regnum adeptis, nondum peruicimus
omnem, tentationem nondum euasimus omnia peri-
cula,

EPISTOLAE AD CORIN.

cula, adhuc in carne fragili agimus, Satan non quiescit, pugna est assidua. Secte inuidunt Euangeliū &c. In his periculis & procellis altum dormitis, & steritatis, quasi regnantes, quando potius milites agere conueniebat.

Est quidem regnum Christianis, etiam in terra, quo regnamus contra peccatum & Satanam, sed non sine pugna, non sine cruce, quod uerum regnum uitiam adepti sitis, ut et nos simul uobiscum regnemus, id est, gaudemus de uestra salute, quod sitis nostri confortes. In alia autem hac uita, hoc ipsum regnum erit nobis absq; pugna & in periculo. Verum in hac uita nisi pugnes amittitur.

Regnare sibi uidentur, qui in securitate & fastidio uerbi uiuunt, quasi iam nihil eis desit, sed omnium possint esse magistri, sed falluntur, quemadmodum Paulus docet Philip. iij. Et nisi isti Corinthiis reuocati a Paulo fuissent, hac securitate salutis, fastidio uerbi, presumptione sapientiae, perirent in eternum.

ARBITROR ENIM. Videor mihi, quod nos Apostoli & prædicatores, non ad regnandum coram mundo, sed ad crucem uocati simus. Quotquot enim pie uolunt uiuere, in Christo persecutionem patientur, nemo est exceptus. Et per multas tribulaciones oportet nos introire in regnum Dei, secundum admonitionem Sapientis, Fili accedens ad seruitutem Dei, ita in timore, & prepara animam tuam ad tentationem. Ad Christum dictum quidem est, Domini-

nare,

IN CAPVT QVARTVM.

nare, sed additum est, In medio inimicorum tuorum.

Interim pseudoapostoli cum illis quos seducunt, gloriāntur se regnare, & perturbant nobis omnia. Non enim prædicant, aut agunt in ijs locis, ubi nondum prædicatum est, sed illic solum, ubi doctrina nostra suscepta est, ut illic regnare sub nostra umbra, contra nos, possint, contra quos Paulus multa scribit in secunda Epistola.

Nouissimos siue postremos hoc loco interpretantur abiectissimos. Mihi autem ualde arridet, quod noster Philippus Melanchthon, quandoq; interpretatur, postremos, pro nouissime missos, siquidem Apostoli tandem post Prophetas missi sunt, & illorū doctrina nouissima est, post quam non erit alia, Hinc fines seculorum dixit Paulus, tempus reuelati Euangeliū, Et Iohannes nouissimam horam.

Ostenderit pro ostentauerit, Nam sequitur, Speculum facti sumus &c. Quemadmodum publico iudicio occidendi, spectaculo exhibebantur populo, obiecti in theatro bestijs. Omnes, ut ad mortem damnatos, certatim prospiciunt in nos miseros, Mundus, i. potentes & sapientes, angeli mali, homines i. vulgus. Potentes & sapientes nos præmunt, autore Satana, & homines vulgares nostra cruce & tentatione offenduntur, & recedunt a nobis. Non applauditur nobis, ut pseudoapostolis, qui humana & rationi placentia prædicant, & crucem fugiunt. Verum sigillum Apostolatus nostri est, in his malis perdurare.

Nos stulti

EPISTOLAE AD CORIN.

Nos stulti habemur a toto mundo, propter Christum, quem amamus & predicamus. Insani iudicamur, quod nos exules & respecti nostra doctrina nos apponimus, omni sapientiae & potentiae & iustitiae mundi, cum tacentes possemus pacem habere, quemadmodum & hodie quidam sapientes secundum carnem publicis scriptis uoluerunt nobis persuadere, non esse consultum nobis, aut non esse prudentis, tot seculis receptis opinionibus, publice aduersari, quasi uero uerbum Dei reuelatum, cedere deberet hominum receptis opinionibus.

Vos autem prudentes in Christo. Miror, unde tamen uarij sint Christiani, nisi uarius sit Christus. Nos qui sumus Apostoli, stulti habemur propter Christum, Vos autem sapientes, & tamen estis in Christo, id est, Christiani uultis esse. Mundus in nobis contemnit Christum, in uobis autem amat.

Hac ironia significat Paulus, non uere esse in Christo, qui magnificantur a mundo, & qui se ipsos iactant supra Apostolos, supra bonos predicatorum, quae si iam regnent, & sapientiae ipsorum non sit numerus. Christus ait, Veh uobis, cum benedixerint uobis omnes homines. Sic enim faciebant pseudoprophetis patres eorum, Luce. 6.

Idem etiam uolunt que sequuntur, Nos imbecilles, id est, pressi temptationibus, & fatentes quod nihil ex nobis possumus, vide supra ca. 2. Et ego per infirmitatem, sed uirtus Christi in infirmitate nostra perficitur,

IN CAPVT QVARTVM.

citur. 2. Corin. 12. Vos autem ualidi, iactantes fidei,
spiritum, & contemnentes nos tentatos, quasi longe
superiores, quem admodum faciunt hodie nostri Schuer
merij.

Mirum, quod fortes sunt discipuli, cum tam imbe-
cilles sunt magistri, maxime tales magistri, nempe
Apostoli. Ut nos hodie non male habeat, quando ho-
mines seductos uidemus, sub nomine doctrine, contra
nos superbire, quasi nemo eis resistere possit, quasi
nos omnino nihil simus, quando tamen nihil depre-
hendis in eis, nisi portenta uerborū, & meras inepti-
tias & insanias. Hi sunt, qui ubi uident semen uerbi,
Apostolica modestia iactum, crescere, irrumunt, &
impia audacia perturbant omnia, dicentes, Vesti-
prædicatores sunt absq; spiritu, non audent, per-
rumpendum est, altaria dei cienda, monachi ejicien-
di &c. Spiritum interim uocant fiduciam, qua non
Deo, sed multititudini populi fidunt, alioqui nihil au-
dent, sed sunt homines desperatissimi, ubi periculum
imminet. Vulgus applaudens est eorum fiducia, eo-
rum Deus & spiritus.

Veri prædicatores uerbo tantum agunt contra im-
pietatem, & per infirmitatem eorum Deus mirabili-
ter promovet Euangelium. Iсли autem fortitudinis &
sapientiae iactatores, cum suis discipulis, sua pre sum-
ptione omnia perturbant.

Vos inquit clari, id est, mundo gloriofi, nos con-
tempti. Contempti sumus apostoli, & gloriofi uos estis
mundo

EPISTOLAE AD CORIN.

mundo nostri discipuli , nos propter Christum, uos
propter Christum, mirum, quando ne Christus quidens
in terris potuit esse gloriosus.

Tunc sibi nomen & gloriam parasse putant, quando calumnijs & mendacijs nituntur, honorum prædicatorum nomen obscurare, quando superbunt in alie labore. Superbia eorum qui te Domine oderunt ascendit semper, Durū est a gentibus hoc pati, multo durius a falsis fratribus , qui gloriantur nobiscum esse in Christo, & multo magis quam nos. Infra cap. 5. Magistros cum discipulis , id est , Corinthijs quibusdam, arguit dicens. Et uos inflati estis &c.

AD HOC VSQUE TEMPUS &c. Non Crux dum regnamus, sed patimur, Christiana crux est que Christus imponitur, hoc est, quam cogimur ferre propter sti. Euangeliū, dum odio sumus toti mundo, & diabolus in occulto non cessat inuadere Christianos , maxime Euangelij antesignanos , ut uel amittant uerbum, aut non satis caute & fideliter carent officium . Non autem est Christiana crux , quam homo sibi imponit, que madmodum monachi sui ipsorum tortores, que est uoluntaria religio. Col 2. & crux diaboli, nam in ea querunt salutem, ignari gratiae Dei.

Beni-

NON QVO VOS PUDORE &c. gnis
Mitigat acerbitatem ironie, & durissime incre- spiratio-
nis, Non quia me lēsistis uindico me , his uerbis tuis in
confundere uolens, sed ut filios & ego pater increpo & ira
admoneo Pauli.

IN CAP VT. IIII.

admoneo ut resipiscatis, ut unum simul in uno Christo uere simus.

Hoc animo, nempe paterno, boni pastores debent Virga arguere, et si opus est etiam Satane tradere, ut emen patris dent et Christo reddant pereuntes. Interim accusent & pa nos alij, quasi immodesti simus, nihil refert, malo nos storis. Nota. do malus adhibendus est cuneus, Nisi pergant esse obstinati, uidebunt illis duras increpationes, meram fuisse charitatem, Hereticos homines uolentes resipisci, scere, relinquimus suo ipsorum iuditio damnatos, ut saltem quosdam ex seductis redimamus.

Inde iste benignus spiritus in Paulo, qui tam acriter increpauit, exponit quare amet, quare filios eos dixerit. Siquidem inquit ego genui uos. Et ne iactanter aut impie hoc dictum uidetur, quando etiam Christus iubet, ne uocemus patrem super terram, addit, in Christo Iesu, et præterea. Per Euangelium. Ministerio euangeli mei genui uos Deo, credidisti enim predicationi mee.

Hoc est contra illos, qui contemnunt uerbum exteriorum, fingentes spiritum longe alium quam Dei.

Adhortor itaque uos, ut sitis imitatores mei, quemadmodum filii debent imitari patrem. Et si estis obliiti uiarum mearum i.e. quemadmodum ego doceo et incedo, in via Domini, siue in negotio Apostolico mihi commisso. Timotheus, quem mitto, rursum fideliter indicabit. Vias inquam meas, que sunt in Christo, quemadmodum concorditer ubique doceo.

Nemo

EPISTOLAE AD CORIN.

Nemo deberet ne uias quidem meas agnoscere, nisi
cedē uiae meae, essent uiae in Christo, id est, doctrinæ a
Christo mandatæ. Christi enim debet esse Ecclesia,
nō Pauli. Quid enim est Paulus, Quid Apollos? &c.
ut erubescant traditores, id est, traditionum humana
rum doctores, & conscientiarum uexatores, qui pa-
tres uolunt haberi Christianorum suis uibus, que non
sunt in Christo, que magis uariæ sunt quam florum
colores.

PERINDE QVASI &c. Contra pseudo-
apostolos hec dicit, contra quos scribit apertius in
secunda Epistola. Hos nō desinit inflatos nominare, ut
supra diximus. Nulli inueniuntur magis obstinati,
dum Satana obsessi regnare uolunt, ut Diotrephe,.
de quo Iohannes Epistola. iij.

Comminatur eis quod sit uenturus, Quo indicat
tales non posse ferre lucem ueritatis, quam secum fe-
runt synceri prædicatores. Hi enim possunt errores nō po-
stendere, confutare & confundere, certo & fidenti sunt
animo. Non potuerunt Papistæ, non potuerunt nouæ lucem
sectæ lucem Euangelijs ferre, & syncerum Christi uer= ferre.
bum. Insipientia eorum nota facta est omnibus homi-
nibus. Hoc sentientes male sibi conscientiae mentes nolue-
runt e tenebris impietatis in lucem ueritatis protra-
hi. Omnis enim qui male agit odit lucem. Ioh. iij.

Mors & uenenum fuit Paulus suis pseudœapo-
stolis, quo tamen absente magna iactabant, & Paulum
contemptissimum habebant. Hæc & nos experimur

IN CAPVT. IIII.

nonnunquam. Consulto pretereo quæ expertus sum,
dum ad nostros Saxonas missus eram Euangelij praedicator.

In secunda Epistola sic eis comminatur cap .x. Ro-
go uos, ne presens audeam ea fidutia qua &c.

Si de- VENIAM BREVI AD VOS SI DO-
uis uon- minus uoluerit.

luerit. Quemadmodum Iacobus cap.iiij. docet, dicendum
esse Christianis, Si Dominus uoluerit. Siquidem ho-
mo proponit, Deus autem disponit, ut non presumam
mus aliquid sine Dei uoluntate, ut sciamus non in uo-
luntate nostra, aut libero arbitrio, aut bona intentio-
ne, sed in uoluntate Dei omnia esse posita, tantum oran-
dum, ut non nostra, sed eius fiat uoluntas, sicut in cœ-
lo & in terra. Sic & Romanis scribit, se sœpe uoluisse
uenire ad ipsos, sed præpedium ne ueniret.

Aduerte, quod in fine huius Epistole, Paulus hoc
idem promittit, nempe se breui uenturum his uerbis.
Aput uos forte permanebo, aut etiam hybernabo &c.
Quod cum factum non esset, gloriabantur pseudo
apostoli, non omnibus Pauli uerbis credendum (id
quod contra eius doctrinam uolebant intelligi) quan-
do etiam missa Epistola mentitus fuisset. i. promisisset
se uenturum, & non uenit, quasi uero Pauli promis-
sio & Christi promisso, id est, Euangelium, sint idem,
Pauli promissio addit forte, et si Deus uoluerit. Christi
promissio, id est, Euangelium, quod predicit Paulus,
consignata est spiritu sancto, Verbum Domini manet
in eternum.

EPISTOLAE AD CORIN.

in eternum. Sed haec noluerunt uidere calumnias res. Vnde coactus est Paulus in secunda Epistola, in fine primi capituli & in primo secundi, se excusare, quod hac promissione non sit laetitate aliqua usus, & simul indicare, quod Euangeliō ipsius propter hoc non debeat derogari.

NON SERMONEM. Vides hoc loco qui sint, contra quos supra multa dixit de sapientia ser- Non sermonis & eminentia, ubi & addit. Sermo meus & mo, prædicatio mea non erat in persuasorijs humane sa- sed uir pientiae uerbis, sed in ostensione spiritus ac potentiae, tuus sic ut fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in ue effe potentia Dei.

Probabilibus rationibus & studio uerborum sese uenitiant, dum iusticias humanas, liberum arbitriū, & studia nostra, pro Christo prædicant, & ex tota scriptura quam torquent, nihil aliud nobis faciunt quam leges, aut allegorijs ludunt ineptis, ut populi plausum mereantur, ut dicat aliquis, Malo hunc audi re, quam decem Paulos. Ita prurientes aures, a ueritate sanctorum prædicatorum, ad suam uanitatem conuertunt, suo & aliorum magno malo, licet inter rim sibi maxime placeant.

Sed non est ibi uirtus, id est, efficacia, potentia siue spiritus, hoc est, Vanitas manet uanitas, uani sunt & uanos faciunt discipulos, etiam illos, qui ante a sermone crucis amauerunt, Quibus dicit Paulus Gal. iij. O stulti Galate &c.

IN CAPVT IIII.

Solus sermo crucis quo prædicamus Christum crucifixū, uirtutem secū affert, id est, efficaciam siue spiritum sanctum, quo remittuntur peccata propter Christum, sumus filii Dei, inuocamus patrem, & habemus uitam eternam.

Hæc uirtus siue efficacia syncero Euangeliō datur, aliae prædicationes uel uexant conscientias sub nomine iusticie, uel uanos & stultos faciunt homines sub nomine sapientie, & preterea inflant homines, uel presumpta iusticia, uel falsa sapientia, ut resipiscere nolint, in quo periculo in primis sunt eorum Doctores siue prædicatores.

Cognoscam itaq; inquit, non magnificentiam sermonis eorum, sed quid ipsi suo sermone efficiant, sermone quidem inflantur, sed ego eos declarabo inanes, ut qui nullum pariant fructum salutis, Quemadmodum Galatis dixit, Ex auditu fidei accepistis spiritum, an ex operibus legis?

Plausus populi non est regnum dei, sed ita prædicare Euangeliū ut credatur, ut consolationem accipiant afflicte conscientie, & certe reddantur in Christo de gratia Dei &c.

Sed quid opus est multis? Ques meæ uocem meam audiunt, ait Christus, & ego uitam eternam do eis. Fastidentes spiritus alio declinant, aliud suspicunt, non ueritatem sed speciem mirantur, etiam sub nomine Euangeliū, ut taceam de Euangeliū manifestis aduersarijs.

Quid

EPISTOLAE AD CORIN.

QVID VVLTIS &c. Communatur, sed pæ-
terne, iubens ut alterum eligant, siue uirgam siue
mansuetudinem. Virgam uocat correptionem, quæ Virga
si non satis fuerit, erit uirga quoq; excomunicatio &
Satanæ traditio, quemadmodū comminatur impæni-
tentibus in fine secundæ Epistole. Charitatem autem Cha-
& spiritum lenitatis, uocat consolationem & confor- ritas -
tationem, quam eis adhibitus est, si inuenerit resi-
piscentes, quemadmodum & consolatur in secunda
Epistola illos qui redierunt ad cor, & doluerunt
quod contra Deum egerant, & contra sanctum mini-
strum eius Paulum.

Optat uero potius cum charitate & spiritu leni-
tatis, quam cum uirga uenire. Alioqui cur sic fuda-
ret, pro eis reconciliandis, bonus pater? quemadmo-
dum & alibi ait. Incumbit mihi cura omnium Eccle-
siarum. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis
offenditur & ego non uror?

POMERANVS.



Actenus Paulus docuit de uera Christia-
norum sapientia, & de huius sapientiae
ministris, quæ ego in hoc libro suscep-
to copiosius enarranda, ad hoc, ut omnem
in Ecclesia Christi eleuarem autoritatem, quæ non est
secundum uerbum Dei. Fundamentum Christus est.
Vnusquisq; uideat quomodo superedificet, lignum,

fenum, sti pulam, necesse est admoto igne uel exoriente die perire. Vnus est magister uester, Christus, hunc audite. Si quis hanc doctrinam non affert, ne aue et dixeritis. Ihesus Christus heri & hodie, ipse est et in secula. Doctrinis uarijs nolite abduci. Bonum est gratia stabiliri cor et c. Sic sentit illa una, sancta, catholica & Apostolica Ecclesia, per totum mundum, in unitate fidei, a spiritu Christi Domini nostri, congregata, id quod a magistro suo Christo sic accipit, & fide agnoscit atque experitur, quicquid aliter docetur, esse uanitatem & doctrinas dæmoniorum. Sit Christo gratia in Ecclesia sanctorum in æternum.

A M E N.

EMENDATIO MENDARVM.

Minutula quedam, ubi peccatum est a typographo in orthographia aut distinctione, ipse emendabis, si miltiter & erroneos quarundam paginarum titulos, Pro alijs autem ista repone.

In principio Argumenti, uersu. 22. Eruditiores.

A. 3. In mergine. Docere.

A. 6. facie altera uersu. 1. Dicat.

B. 6. In mergine, Venditant.

Ibidem, Facie altera uersu. 1. Pauli.

Ibidem uerbu. 2. & non ad baptizandum.

B. 7. uersu. 7. blandiantur.

C. 2. uersu. 11. Colatur.

C. 4. In mergine. Iusticiaria doctrina.

C. 7. In fine, Quis tibi.

- C.8. Facie prima, uersu, penultimo, Hinc fit.
D.1. Facie altera in principio, Tantum agantur.
D.7. Facie altera, uersu, 18. accusant.
E.3. Facie prima, uersu, 17. Vbi est nunc illa sa-
E.5. In principio, Quoniam stulticia. (pientia.
Ibidem, facie altera uersu, 9. qui a sapientia.
E.7. In mergine, Fæcundum lucrum.
G.4. facie prima, uersu, penul. uelle bonum et.
H.3. facie altera, uersu, 6. quodnam.
H.8. facie altera, uersu, 20. In infidelitate.
I.1. facie altera in mergine, Opera bona non sunt.
I.2. In fine, Fecerant.
M.1. facie altera, uersu, 24. Ex male accepta.
M.3. facie altera, uersu penul. docuerunt.
N uersu, 7. utcunq; sanctæ.
N.6. uersu ult. Ipsi sua.
N.7. facie altera, uersu penul. et sua.
N.8. facie altera uersu, 22. quisquam.
Q.2. uersu, 25. Suis, et uersu, 26. qui.
C.3. facie altera, uer. 16. Non externū oleū super.
Q.5. facie altera, uersu, 4. gentiles.
R. uersu, 4. sanctificari.
R.6. facie altera, uer. 17. quales ipse habuit.
R.7. uersu, 3. quosdam.
S.3. uersu, 2. Et tutus eris ad
Ibidem, facie altera, uersu, 1. Euangelio.
S.6. ἀλέσεις
T.2. uersu, 20. sumus.
T.3. uersu, 1. commendate sanctorum
T.6. facie altera, uersu, 6. homi. li.

P47443-T
T ult. facie altera, uersu. 25. post Preciosos, adde,
cuiusq; opus manifestum fiet.

T ult. facie altera, uersu. 25. eadem fides.

V. 2. uersu. 6. quamuis manentibus uerbis, tamen

V. 3. uersu. 2. fundamento Christo

V. 6. uersu. 4. num potuissest Deus aliter

Y. 3. uersu. 9. Nossē autem esse

Y. 5. uersu. 3. sine uerbo

Y. 7. uersu. 17. scilicet sine Deo ut supra dictum.

Z. 2. facie altera, uersu. 18. cui subiecta sunt omnia
etiam oves.

A a. 6. uersu. 12. ex sine periculo

A a. 7. uersu. 4. nos opponimus omni

Ibidem, uer. ult. post Infirmitatē, adde, et cetera.

A a. 8. facie altera, uersu. 9. nolentes

B b. 1. uersu. 23. noluerunt

B b. 2. uersu. 3. ex in principio secundi ubiq; per
collisionem fac Pseudapostolus pro Pseudoapostoliis,
et cetera.

IMPRESSVM VVITTEMBERGAE

Apud Iohannem Lufft.

1530.